

47
73
F. H. W. G. J.



8
34
12



Ex Bibliotheca
Majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

~~73 d. 12~~

73 73
D E
64 79

~~8. 3. 6. 12~~






YVONIS VILLIO-*est Josephi*
MARI AREMORICI *Scaligeri*

IN
LOCOS CONTROVER-
SOS ROBERTI TITII
Animaduerforum liber.

AD
NOBILISSIMUM VIRUM
ANDREAM OESSENT
Quinpentonij & Burentelli domi-
num, Mæcenatem suum.



Cum duplici Indice, altero auctorum vtriusque linguæ,
qui in hoc libro aut emendantur, aut illustrantur,
aut a Titij censura praua, vel calumnia vindi-
cantur: altero rerum, & vocum memora-
bilium in vtraque lingua.

Biblioteca

Soc



Ser: Coll. Rom.

Sepe



LVTETIÆ,
Apud Mamertum Patissonium Typographum
Regium. In officina ~~Patissonii~~

M. D. LXXXVI.
CVM PRIVILEGIO.



esses, aut saltem & te hominem quoque esse meminisses. Nunc cum viri docti, præsertim Transalpini, non homines, sed Cercopitheci tibi videntur, noli moleste ferre, te, cum ignarus, & petulans sis, ignorantia admonitum esse, petulantia pœnas dedisse. Vale, & resipisce.

Nij



AVCTORVM NOMENCLATVRA,

QVOS AVT DEPRAVATOS

a Titio Villiomarus emendat, aut
a calumnia Titij defendit.

Prior numerus librum, alter animaduer-
sionem indicat.

A drianus Turnebus 6,4 6,5,6,8,10,20.	Euripides 8,17.
Ælianus 4,36,5,19,9,19.	Gregorius Nazianzenus 4,12.
Alex. Aphrodisiensis 2,28,9,3.	Gulielmus Canterus 4,35.
Angelus Politianus 2,14 9,5,9,14.	9,7.
Antonius Liberalis 1,5.	Herodotus 7,7.
Appianus 10,10.	Hesychius 3,244,23,4, 29,7,2,7,7,20.
Apulcius 4,7,4,11,9,20,3,18.	Homerus 1,7,7,1.
Aratus 9,19.	Horatius 1,8,1,10,2,13,2,28, 4,38,5,3,5,15,6,15,7,3,7,21, 10,8.
Aristoteles 1,4,3,20,5, 11,7,13,9,13.	Iosephus Scaliger 4,31,6, 29,9,14,10,17.
Aristophanes 2,12,9,15.	Iuuenalis 7,3.
Arrianus 10,24.	Liuius 2,25,3,4,5,11,6, 26,8,17.
Athenæus 2,1,4,29,5,13, 5,16,6,16.	Lucillius 1,21,1,22,4,9,4, 38,6,9.
Aulus Gellius 1,2,1,21,6,6, 3,7.	Lucianus 7,11.
Ausonius 10,24.	Lucretius 2,2,3,6,7,16,10,22.
Autores de limitib. agrorum 10,11.	Lycophron 4,35,7,5.
Catullus 1,27,9,12.	Martialis 2,12,3,21,3,28,4, 28,10,24.
C. Cæsar 4,22,6,11.	M. Antonius Muretus 1,4, 4,5,5,6,6,6,9,8.
Clemēs Alex. 3,27,4,27,5,11.	
Demetrius Sophista 1,3.	
Desiderius Erasmus 1,25,2, 16,4,36,5,7.	
Diogenes Laertius 3,20,9,13.	

M. T. Cicero	1, 7, 1, 11, 2, 4, 2, 10, 2, 31, 4, 32, 5, 23, 6, 20, 8, 2, 8, 17, 9, 2, 9, 8, 9, 19.	Q. Cicero	10, 6.
Non. Marcellus	4, 11, 1, 22.	Quintilianus	1, 1.
Naumachius	4, 13.	Sappho	5, 5.
Ovidius	1, 10, 4, 11, 5, 10, 6, 6, 7, 7.	Seneca pater	6, 25.
Panfanias	1, 15, 2, 19, 3, 24.	Seruius	5, 7, 8, 5, 10, 20.
Petronius	3, 17, 9, 21.	Sex. Pompeius	1, 6, 1, 2, 2, 5, 6, 9, 10, 13.
P. Victorius	5, 12, 6, 3, 5, 12.	Solinus	1, 4, 8, 10, 8, 13.
Plautus	1, 17, 4, 2, 8, 5, 1, 5, 4, 6, 15, 7, 21, 9, 12, 9, 17, 10, 23.	Sophocles	1, 11.
Plinius	1, 4, 2, 13, 2, 27, 4, 9, 4, 19, 5, 6, 6, 1, 7, 17, 8, 12, 9, 6, 9, 23, 10, 7, 10, 9.	Strabo	6, 6, 8, 14, 10, 4.
Plutarchus	1, 2, 4, 2, 5, 9, 5.	Suetonius	10, 12.
Pollux	4, 5, 4, 14, 7, 7, 7, 20.	Suidas	4, 39, 6, 5, 9, 19.
Polybius	2, 18, 2, 23, 5, 11.	Tertullianus	4, 10, 9, 22.
Porphyrio	6, 9.	Theocritus	7, 18.
Propertius	2, 6, 4, 1, 6, 2, 8, 7, 9, 8, 4.	Tibullus	6, 17, 8, 8.
Quadrigarius	1, 20, 4, 4, 7, 7.	Varro	1, 2, 2, 4, 12, 7, 12, 9, 13, 10, 14.
		Velleius	5, 21.
		Virgilius	1, 14, 7, 9, 8, 3, 9, 19, 10, 1, 10, 20.
		Xiphilinus	10, 18.

Index Græcarum vocum.

Ἀζώνες χειμαῖται	5, 16.	βυστροφιδόν ζεάφιν	3, 24.
ἄζωνες σιφανῖται	5, 16.	βεαδίνα	5, 5.
αἰασροφή	8, 3.	βρόδον	5, 5.
αἰπυροφα	3, 21.	βράπτε	5, 5.
αἰπυροφαιτα	3, 21.	ζεῦφος	1, 24.
αἰπυροφαιτα	7, 3.	ζεπίς	1, 24.
ἀπροι	1, 1.	δένδρον ἐλιοφόρον	1, 24.
ἄρια περὶβάλλειν	4, 24.		

N vij

δύο βίχους ἄγείρειν	10,6.	ἔψον	4,26.
		ωξείσημην νεώς	7,7.
ἐγκύκλια ἀεισοτέλοις	3,20.		
ὄκ διάρσεως	4,4.	ράδιον	3,11.
ὄκ δισηΐφως	4,4.	ράμνιστος	4,39.
ὄξ ἕσθ' ἀεζίνων	6,11.		
ὄπιθῆτων μήλων	7,2.	σελήνια	3,15.
ὄπισθ' αἰλου λόγχης	5,11.	σσηρένια	3,17.
ὄπισθοφί	8,3.	σοφιστής	4,5.
		σηλίται τοπασιή	4,35.
καρδιοφύλαξ	2,18.	σιλπνός	3,16.
καρκίνοι εἴχοι	3,22.	σφαίρα λόγχης	5,11.
κατοιάδες	8,8.		
κιονίται τοπασιή	4,35.	τόπος	2,25.
κράμα	6,6.	τοξοφόρμυξ	1,3.
κρασί	6,6.	τρυσύπτιον	7,20.
λεξτερία	3,1.		
λόγχη	1,11.	ὕς τὰ ἀθλιωῶ	5,19.
μάγια	2,15.	φάβιοι	2,5.
μεταβολή	8,3.	φόρμυξ ἀχρδάς	1,3.
μίνδαξ	4,29.		
μόναπος	1,5.	χελιδὼν ἵππου	3,3.
μύωπες	3,10.	χρῆσικος	7,10.
ρυκτάλωπες	3,10.	ψαίδαξ	4,27.
ὀφθαλμὸς νεώς	7,7.	ἕσθ' ἄρῳ	4,26.

Index vocum Latinarum.

A lbumen	1,20	Assum	8,10
Alumen liquidum	1,20	Assa vox	8,10
Ampulle	2,7	Assa tibie	8,10
Amycle Italice	5,7,5,8		
Anser insula Isidis	3,19	Bastarne	2,3
Apella Indens	7,3	Bōbarde vsus apud Chinas	2,8
Arbutus	8,13	Bombyx	2,24



NOBILISSIMO VIRO

ANDRÆ OESSENTO QVIN-
pentonij & Burentelli domi-
no, Mæcenati suo,

YVO VILLIOMARVS AREMORICVS

S.


N tibi, vir nobilissime, quæ in Contro-
uersos locos Titij animaduertimus, at-
que eo ordine, quo a nobis dicta, & ab
amanuensi tuo excepta in hunc libel-
lum coniecimus. Neque profecto hunc laborem
quanquam leuem suscepissem, nisi ad hoc tua me
auctoritas, quæ pluris apud me est, quam studia
mea, perpulisset. Nam quis ludus est in hos libros
diuertere, a quorum lectione neque melior, neque
doctior discedere debeo? Quid me potest docere ho-
mo in Græcis literis peregrinus, in veterum lectio-
ne puer, in scribendo tiro? Quanti te faciam, potes
ex hoc libello conijcere, ad quem scribendum me
non materia, sed auctoritas tua incitauerit. Cum
enim ante hoc biennium ego in contubernio tuo to-
tampene Italiam lustrauerim, quicquid fructus ex
ista peregrinatione percepi, totum id liberalitati,
atque humanitati tuæ acceptum refero. Reliquo-
rum autem tuorum in me magnitudo meritorum

tanta est, ut ingratus sim, si non omnia tua causa
velim. Quia vero tibi, qui Italorum de nostra
tium hominum scriptis iudicia non ignoras, hic li-
ber in manus nostras opportune incidisse visus est,
quo Italos moneremus ne tantum suis ingenijs tri-
buant, aut tantum nostris detrahant: hoc onus a te
mihi impositum recusare non debui. Itaque homi-
nis inusitato modo imperiti, atque audacis lucu-
brationes excussi: ac quicquid in illis aut infeli-
citer castigatum, aut calumniose reprehensum, aut
preposterè interpretatum occurrebat, id sine ullo
alio Italico apparatu, tumultuaria opera in hunc
commentarium contuli. Quicquid igitur hoc est,
quod tua causa, atque te hortatore suscepi, id habe
tibi, & fruiere. Vale. Ex adibus tuis Id. Ianuarij.





YVONIS VILLIOMARI
 AREMORICI IN CONTRO-
 uersos locos Roberti Titij
 ANIMADVERSORVM LIBER.



AVCOS dies dedi operam Controuersis locis tuis, Roberte Titi. Ita enim maluisti proscribere libros tuos, non quomodo quidam populares tui, Varias lectiones, aut Miscellanea, aut nescio quid eiusmodi. Et sane alio nomine digni non erant. Adhuc enim plane sunt controuersi iuris, ac nisi caues, vereor ut eorum fines ac possessionem diutius tueri possis. Sed tu ipse videris. Quanti enim illos aut existimationem tuam facias, tua, non nostra interest. Nolumus autem ignorare te quatum illorum lectione commoti simus. Nullus enim locus in illis est aut a seuera castigatione docti alicuius, aut a canina obiurgatione vacuus, ut decet enim, qui non solum Critici personam, sed etiam paedagogi susceperit. Tamen in Epistola tua profiteris te cum viris doctis non odio, aut inimicitijs, sed officijs, aut humanitate certare. Longe aliter pronu-

ciauerit is, qui in horum librorum lectione aliquot
 horas perdere voluerit. Quod enim genus hoc of-
 ficij, aut humanitatis est, homines de republica
 literatia optime meritos, imperitos, seditiosos,
 audaces, quisquiliarum legulos, aut alienorum
 analectorum liguritores vocare, si non iisdem
 nominibus, iisdem tamen rebus manentibus? Næ,
 Roberte Titi, non reperies, qui hac mercede hu-
 manitatem tuam experiri velint. Sed cornicum
 oculos confixisti, inquis, ac propterea vereris ne in
 reprehensionem incurras. Ego te hac cura libero.
 Neque enim nouus Flavius vllos Fastos protulisti,
 sed potius inscitiam tuam per hominum ora tra-
 duxisti, atque nationi tuæ circumspectissimæ, &
 prudentissimæ honorem parum habuisti, qui ita
 confidens fuisti, vt cum amicis tuis libros hos com-
 municare nolueris, qui te ab eorum editione ab-
 sterrerent: nisi forte ita infeliciter natus es, vt ne
 amicum quidem habeas, qui te errorum tuorum
 commonefaciat. Nihil ad leuitatem reliqui feci-
 sti, quod homines tui nobis Gallis more suo obijce-
 re possint. Vbi est illud acetum Italicum, aut acritas
 ingenij? Certe adhuc eam quero in scriptis tuis.
 Atqui scio nos Transalpinos vobis Italis satis au-
 daces videri, quod ea, quæ memoria auorum no-
 strorum vestrates Grammatici deprauarunt, in in-
 tegrum restituere conamur. Rustici etiam sumus,
 & *auabēis*, quod non ex vna vocula, aut syllaba v-
 num integrum caput Variarum Lectionum confi-
 cimus, atque eo apparatu, propter quem, vt ait il-
 le, vadimonium deseratur. Quanquam hac in re
 transfuga partium non fuisti, & bene leges illas ser-

uasti. Hoc est, quare Turnebus a vobis pulsatur, quod ingeniose nugator esse noluerit, cum in vnicum caput Aduersariorum ea congesserit, quæ vos vno libro vix explicaueritis. Quid quod nobis Transalpinis verum loqui in hoc genere literarum non licet? An non Sex. Pompeius Festus indignis modis acceptus esse visus est, quod ab homine Gallo illustratus magno studiosorum fauore exceptus est? Itaque Romæ editus cum iisdem castigationibus, alius nunc esse censetur, propterea quod prioris editoris nomen dissimulatum est, quamquam eadem plane editio est, paucis admodum, iisque leuiter immutatis: ita tamen, vt tam leui mutatione non magis latere possit industria prioris editoris, quam alius ille in Apologo, qui capite in vepra immisso, reliquum corpus bene latere putabat. Denique Alpibus ipsis ingenia nostra circumscribamus necesse est, si vobis amicis & pacatis vti volumus. Nam & Annibali, & si primo bene cessit impetus, tandem non impune fuit Alpes superasse. Quæ igitur inter legendum libros tuos carptim, ac vellicatim annotauimus, ea in has diatribas eo ordine, quo a nobis animaduersa sunt, congesimus. Itaque, Roberte Titi, si paulo vehementius in tuam petulantiam & inscitiam inuecti sumus, noli putare inclementer factum. Tu huic choreæ præsaltor fuisti. Ne pluribus expectationem tuam morer, audi, atque togam compone.

EX LIBRO PRIMO.

Ἄπρον una tantum significatione accipitur. Explicatus locus Quintiliani. Titij hallucinatio.

Cap. I.

I.

QVOD ab illo confidentissimo adolescente Gelliano incipere maluisti, bene auspiciatus es. αἰεὶ γὰρ τὸν ὁμοῖον ἀγὰ θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. Ac quemadmodum ille non expectatis alijs, vt proponerent, stolide in illam Controuersiam impetum fecit: ita tu non explorata mente Gellij, in errorum casses inexplicabiles præcipitasti. Ais ἄπρον duobus modis capi solere, vt tuis verbis loquar. Nam & quod nullo pacto, aut saltem ægre ob sui perplexitatem solui potest, ἄπρον dici: item quod ita expeditum est, vt omni prorsus difficultate careat, vel minimam certe dubitandi causam præbeat, atque iccirco accuratioris explicationis non indigeat: priore modo Gordianum nodum, Vulcani vincula: altero ἀξιώματα dici, & κοινὰς ἐνοίας, vt illud, Totum sua parte maius. Quod qui legent, si modo aliquid in literis vident, quomodo a risu temperare poterunt, cum videbunt vno verbo dubium & minime dubium significari? Quæ hæc Sphinx, quæ Chimæra verbi est? Quis te hoc docuit, Roberte Titi! vnde didicisti? ἄπρον vocas, Totum sua parte maius? & κοινὰς ἐνοίας ἀπρων nomine comprehendis? Nemo est tanto vsu literarum Græcarum, quem non percutiat nouitas decreti tui, scilicet vt dubium sit non dubium, non dubium sit dubium. Sed huius tuæ opinionis fundus est M. Quintilianus, ex quo hæc hausisti. Locum integrum appo-

nemus, ut inde omnes acumen tuum considerent. Verba illius scriptoris sunt hæc: *Idem dicit Apollodorus, cum quæstionem aut in rebus extra positis, quibus coniectura explicatur: aut in nostris opinionibus putat positam: quorum illud ἀποροῦν: hoc περὶ ἐννοίας: idemque ἀποροῦν & ἀπορητικόν dicunt, quo dubium præsumptum significatur, de quo liquet.* Ex his Quintiliani verbis hartiolaris ἀποροῦν esse id, de quo liquet: cum tamē duo ponat Quintilianus, nempe ἀποροῦν, quod dubium interpretatur, item ἀπορητικόν, quod præsumptum, & de quo liquet, eaque sub vno genere περὶ ἐννοίας, tanquam duas species, complectitur. Nam cum duo genera fecerit, in illo altero comprehendit quicquid coniectura & rebus extra positis nititur, ut sūt probationes tam ἀποροῦν quam ἐνπελοῦν: in hoc autem ponit quicquid περὶ ἐννοίας subijcitur, siue illud ἀποροῦν, siue ἀπορητικόν est. Nam dubium, aut non dubium ubi ponemus, quam ἐν τῇ ἐννοίᾳ? Cedo sis quemuis arbitrum, ni hoc ita sit, niue prorsus ioculariter hallucinatus sis, Roberte Titi. Itaque tam verum est ἀξιώματα ἀπερα dici, quod ex illo loco probare contendis, quam verum fuerit, dubium esse id, de quo liquet, & quod nullam difficultatem habet, ut ipsis verbis Quintiliani loquar. Mirum ergo te tantum Criticum rem nouam nos docere voluisse. Sed age ἀποροῦν esto propositio, quæ nullam difficultatem habet. quid tum postea? Nempe vis (nam tuis verbis loquar) controuersiam Gellianam, quam ipse Gellius ἀποροῦν vocauit, hoc sensu accipiendam esse. Est enim, inquis, plana, & omni dubitatione caret, & propterea haud multis verbis opus habet, ut dissoluam

tur. Hæc profecto vis est, Roberte Titi. Gellius enim ἀπορον inexplicabilem interpretatur: cuius rei rationem paulo ante edidit, cum eam controuersiam parum consistentem esse dixerit: quo nomine a Græcis ἀπορον dictam esse scribit. Quæro ex te, Titi, nisi molestum est, si causa illa, quia inexplicabilis, & parum consistens esset, ob id ἀπορος uocata est, quomodo efficies ibi ἀπορον esse de quo constat, & quod per se clarum, & opinione præceptum? Sudabis satis, si istud ἀπορον solueris. Quod titulus librorum tuorum promittebat, id primo capite persoluisti, cum locum plane controuersum & ἀπορον in fronte tabernæ tuæ posuisti.

Titij hallucinatio. Explicatur locus Gellij.


ibid. **B**ELLVS es, cum ais controuersiam hanc a Iuliano Rhetore propositam. Ita oscitanter libros legis homo omnium reprehensioni omni occasione imminens. Non enim a Iuliano, sed a iuvene Iuliani sectatore exposita fuit. cuius rei testem ipsum Gellium laudo. Sed hæc leuia sunt. Illud uero non leue, quod dictum, siue iocum Iuliani uolenter, imo inscite interpretatus es. Non enim intellexisti. Ego, si patienter audis, tibi indicabo. Controuersia est, causa in utranque partem agitata. quod Seneca pater in proæmio suarum suasiarum te docuerit. Declamatum in utranque partem oportebat. Aliter, ut diximus, controuersia non constat. Prius erat deprecandus reus ad supplicium: deinde contradicendum. Adolescens uero ille, audita primum lege, ut ait Gellius, deinde

Themate: neque re aliter considerata atque explorata, neque alijs, vt proponerent, expectatis, scilicet vt reum ad pœnam deposcerent, capit statim præpropera celeritate contradicere, cum tamen hæctenus nemo proposuisset. *μονομερής* ergo fuit illa quæstio. Ideo nulla controuersia fuit, vbi, nullo proponente, contradicitur. Ergo sine controuersia differuit. Vnde iocus ex ambiguitate loquendi, qui totus constat illis duobus verbis, **SINE CONTROUERSIA**. Nam & ex vsu quotidiano loquendi potest intelligi *ἀταμφοιβηπῆτως*. & ex vsu scholastico est *μονομερῶς*. Neque vero est, cur contendas nullum dubium hac quæstione contineri. Nam eiusmodi est, vt quanquam parum consistat, item *ἀπρος ἢ ἀσύστατος* sit, tamen in vtranque partem ex præceptis artis agitari potest, atque in declamationis artificium tam bene deduci, ac si ea melius consisteret. Qui enim deposcit ad supplicium, poterat proponere, plures esse iudices, qui reum capitis damnauerint, quam sint ij, qui pecunia multandum censuerint: item pauciores esse, qui exilio multandum, quam qui capite puniendum. Quod genus quæstionis quanquam cauillatorium est, tamen, vt Gellius aperte declarat, prius expectandum fuit, vt proponeretur, idque postea ab altera parte dissolueretur, cum ostenderet in eo *ἄλογισμὸν* versari, quod ternarius numerus non est maior pars septenarij numeri, aut tale quid, & aliud si vis, modo non sit quod tu vis. Ferream frontem tibi esse oportet, si negas te nihil *ἰγὲς* super hoc loco Gellij scripsisse.

*Titij ἀσυλλογισία. ποξοφόρμυξ quid Demetrio
Rhetori. Demetriij locus illustratus.*

Cap. II. **N**ON inficior te rationem ἢ ἀχόρδου φόρμυξος ani-
 3. mo concepisse. Verum ego non capio istud
 vestrum tam subtile. Similitudinem & conue-
 nientiam lyræ cum arcu esse colligis ex materia;
 quippe ex cornu. Quia ita colligis, per te, & illam
 tuam mirificam logicen, vincam arcum esse simi-
 lem hastæ, & plostrum mensæ. Illis enim vna ea-
 demque materia lignea. Sed longe argutius alte-
 rum enthymema. Hinc, inquis, natum prouer-
 bium, ἢ ἀξὶ κατ' ἐαυτῆς τὰ κέρατα. Subiungis: Arcus
 enim forma & similitudine cornua ipsa referre vi-
 detur, quæ cum lyra quoque imitaretur, de ea
 etiam cornua non absurde dicta sunt. Mirum dia-
 lecticum. Arcus est ex cornu: ergo cornua habet.
 Paulo ante Arcus ipsius materia erat cornea, nunc
 vero Arcus habet cornua. Non est, quod putas,
 Titi. Nam quanuis cornua habent Lyra & Arcus,
 non tamen propterea φόρμυξ ἀχόρδος arcus dictus:
 & more tuo supine locum Demetriij Phalerei le-
 gisti. Altare Dei optimi Maximi, quod Hierosoly-
 mis erat, quatuor cornua habebat: tamen nullus
 poeta illud vocasset arcum, aut lyram, nisi vellet
 egregie insanire. Item acies instructa habet cor-
 nua. Quis sanus aciem Lyram vocauerit, quia &
 Lyra quoque habet cornua? Sed neque a materia
 illud peruincere potes. βωμὸς κεράπιος Apollinis to-
 tus corneus erat: & laterna quoque est cornea.
 Neutrum tamen arcum aut Lyram vocaueris,

propterea, quod Lyrae & arcus materia cornea. Quid? an calumnia est hæc? Non sane. Manifesta hæc sunt argumenta tua. Sed audi. Locum Phalerei non perpendisti. Verba eius adponam. *ὡς ὁ θεογίης ἀρξάπηγεται τὴν πξοφόρμυγα ἀχόρδον ἐπί τοῦ πῆλ πξω βάλλοντος. ἢ μὲν γὰρ φόρμυξ κινδυνώδης ἐπί τοῦ πξω. πῆλ δὲ ἀχόρδω ἠσφαλίεται.* Non tam fatuus fuit ille magister dicendi, ut semper arcum Lyram vocari posse sentiat. Neque enim hoc ex illius verbis colliges. Sed tunc arcus Lyram refert, cum tensus & lunatus est adeo, ut pene bina coeant cornua, quomodo loquitur Virgilius. *Ἰccirco πξοφόρμυξ ἐστὶ πῆλ πξω βάλλων,* cuius arcus ad ictum intentus est, ut solet asterismus Sagittarij pingi. Tu vero putasti tantam similitudinem esse, ut semper arcus Lyra dici possit. Atqui arcus tam lyrae similis est, quam arbor homini, nisi cum intenditur. Quod ut facilius mente arripias, infra arcum & Lyram appinximus, utrunque ex veteribus numismatis. Quibus exprimam a te vel inuito arcum inflexum similem esse Lyrae, cui demptæ sint neruiæ, non autem arcum porrectum & cessantem.



Titij calumnia. Plinij locus cum lectione Aristotelis contenditur. Plinij error. Muretus a calumnia Titij vindicatur. Solini error.

Cap. III. **T**ENE Muretum imperitiæ notare, o Magister?
 4. **Q**ui si viueret, aut te infra iram suam existimasset, aut inciuilitatem hanc inultam non tulisses. Nam is doctissimus vir recte errorem Plinij animaduertit, quum is mentem Aristotelis perperam interpretatus sit. Neque vero nouum est, Plinium in reddendo Aristotele aut Theophrasto, offendere, cum hoc sexcentis locis commiserit. quod utique non Plinij inscitæ attribuendum, sed eorum negligentæ, qui excerpta ex autoribus mala fide descripta ad eum deferebant, vt in ordinem ab eo digererentur. Ita enim opus suum eruditissimum magna ex parte composuit vir ille nunquam satis laudatus. Quare errores in Plinio notamus, qui non sunt Plinij, sed amanuensium. At, inquis, vt
 „ omnia in eo capite ex Aristotele transcripta sint,
 „ hoc, quod de Bonaso dixit, ex Aristotele desumptum non est. Aderas ergo Plinio scribenti, & eius consilijs interfueras, operi fortasse etiam præfueras. Quo argumento tam confidenter mendacium dicere voluisti? An quia de Bonaso Aristoteles locutus non est? Si reliquum caput ab Aristotele desumptum est, quia de illis quoque Aristoteles scripsit: cur sola ea, quæ de Bonaso dixit, non probauit Plinius, & ex alio scriptore potius, quam ex Aristotele haurire voluit? Nugæ. Ad hæc ne verbum quidem mutire audeas. Verba Plinij: *Tradunt in Pæonia feram, quæ Bonasus vocetur.* Aristoteles: *ὁ ὄ*

βονασός γίνεται μὲν ἐν τῇ Παγονίᾳ. Equina iuba, cetera tan-
 ro similem, cornibus ita in se inflexis, vt non sint vtilia
 ριγνα. τὸ δ' ἄλλο εἶδος ὁμοίων βοῖ. πλὴν χεῖρτι ἔχῃ μίχρη ἀ-
 κρωμίας, ὡσπερ ἴσπος, κέρα δ' ἄμαλα, κεκαμμένα πρὸς
 ἄλληλα, καὶ ἄχρηστα πρὸς τὸ αἰμώεσθαι. Negabis ad ver-
 bum esse ex Aristotele? Non: siquid hominis habes.
 Quapropter fuga sibi auxiliari, reddentem in ea fi-
 tum, interdum trium iugerum longitudine, cuius conta-
 ctus sequentes, vt ignis aliquis, amburat. ὅταν δ' πληθῆ,
 φθῆ, καὶ ὑπομῖνῃ ὅταν ἔκαδωαπῆ. αἰμώεσθαι δ' λακπέζων, καὶ
 πρῶσαφοδύων, καὶ εἰς πέλαρα ὀρμάς ἀφ' ἐαυτῶν ῥίπλων. πολλὰ
 κί δ' ὀπικίς, ὡς ἀποψήχεται καὶ τὰς πέλας ἴδ' κωνῶν.
 Hæc quoque ex Aristotele non minus, quam illa
 superiora, quanquam non pari fide. Aristoteles
 non nisi vulneratum fugere, neque ante finem fa-
 cere, quam defectus virium & consistere & ad il-
 lud extremum præsidium confugere cogat, hoc
 est, ad egerendam aluum. Plinius vero inter fu-
 giendum finum reddere, non consistentem, ne-
 que viribus deficientem. In quo haud dubie casti-
 gendus est. Aristoteles consistentem finum red-
 dere ad quatuor vlnas: ille fugientem ad trium iu-
 gerum longitudinem. Mala sane fide. Antonius
 quoque Liberalis δῶκαμνον ἀφοδύων, non ὑπομῖνῆα
 dixit. Solinus simia & fucus Plinij hanc Bonasi hi-
 storiam totidem pene verbis refert: sed ita vt in eo
 & diligentiam & fidem desideres. Nam pro Pæo-
 nia legit Mæonia. Itaque Bonasum in finibus
 Phrygiæ & Lydiæ collocauit, vbi est Mæonia.
 Deinde quod Plinius dixit longitudine trium iu-
 gerum, ille per longitudinem iugerum: quasi La-
 tinitas ita nos locum Plinij interpretari patiatur.

Nam qui dixerit Parthos inter fugiendum longitudine trium iugerum iaculati, is Latine intelligentibus dicit non quam longe fugiunt Parthi, sed quam longe iaculantur. Hoc enim est Græce *εἰς πείρα πλείστα βάλλειν*. Itaque & Plinius non vertit *πύρρον ἀφ' αὐτῶν*, sed *πύρρον*, quod idem est *ἀφ' ἑαυτοῦ* Aristoteli. Quare iactum fimi, non terram fimo conspersam intelligit: neque quantum soli fimo aspergat in fuga, sed quam longe fimum iaculetur. Noli igitur mirari, cur Muretus rem ridiculam riserit. Ego potius miror, cur tu verba Plinij Delio narratore, hoc est Solino interprete, indigere putaueris, qui Plinij mentem tam male affectus sit.

Locus Antonij Liberalis emendatur.

Ibid. **N**OLI in loco Antonij Liberalis nimium æstua-
 5. re. leui opera hac molestia perfungere faciam. Scito *μόνοντος*, quod apud illum scriptorem legitur, erratum esse librariorum. Legendum enim *μόναπτος*. Ita Bonasum a Pæonibus vocari scribit is, cuius libros consulere debebas, Aristoteles.

Titij ἀγαποσύμην & plagium.

Cap. III. **Q**UOD adfers de cognomine Sullæ ex Plutar-
 6. cho & Festo, tuum non erat dissimulare te a Iosepho Scaligero hæc accepisse, qui eosdem locos adducit suis in Festum annotationibus, voce Rauillæ. Ita enim potius ipse legit, quam Rauilia. Itaque frustra rem nouam nos docere postulas, quæ ab illo ante duodecim annos publicata est, vt no-

bis persuadeas tuum commentum esse, si autorem eius tacitum prætereas Sed tuus mos non est autorum meminisse, nisi cum in eorum nomen inuadere instituisti.

*Cicero illustratur. Infelix iudicium Titij,
& hallucinatio.*

VERBA Ciceronis ex II, de Diuinat. Hoc sentit Cap. V.
Homerus, cum querentem Iouem inducit, quod Sarpedonem filium a morte contra fatum eripere non posset. 7.
 Nemo est, nisi plane cæcus, aut prauè contumax, qui neget Ciceronem ad hunc Homeri locum respexisse, qui est Iliados π. Αἴτ enim Iuppiter ad Iunonem suspirabundus:

ὦ μοι ἐγὼν, ὅτε μοι Σαρπηδόνα φίλον ἀνδρῶν

μοῖρ' ὑπὸ Πατρὸς ὀκλοῖο Μοισιπάδαο δαμῖνα.

Quod si qui sunt, qui negent Iouem ab Homero induci conquerentem, quod filium a morte vindicare non possit, & Ciceronem hic hallucinatum esse, miror vnde id colligere possunt, cum aperte reclament verba Homeri, quæ Cicero pene ad verbum vertit. Tu vero *μωμῆτις μᾶλλον ἢ μιμητις* versus ex eodem libro Homeri adducis non magno admodum intervallo ab illis disiunctos, qui tam conueniunt menti Ciceronis, quam vnum Epigrammation ex pœsi Petrarchæ tui. Sunt autē ij:

ὡς ἔφατ'· ἔσθ' ἀπίθουσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

αἵματα ἔσσης ἢ ψαδάς κατὰ χυον ἔραζε,

παῖδα φίλον ἱμῶν, τίν οἱ Πατρὸς ὀκλος ἔμελλε

φῆσεν ἐν Τροίῃ, εἰς βῶλακι πηλοῦ πατρὸς.

Redi ad te. Considera quæso, quam nihil dicant

eorum, quæ Cicero habebat in animo. Non te pudet vœcordiæ? Sed voluisti de bono sene Victorio triumphare: quam vero feliciter, omnes populares tuos iudices fero.

Titij mira ἀλογία.

Cap. VI. **S**ANE *αεὶργος* es: neque te pudet ex nescio quibus quisquilijs nomen docti aucupari. Locus est apud Horatium: - *ara castis*
Vincta verbenis auct immolato
spargier agno.

Ais Horatium non leui culpæ affinem videri (hoc genus loquendi centies in his libris vsurpasti) quod victima Genio faciat, cui res tantum diuina fiebat. Fateor, Titi, suum cuique natalem propter Genium libo, non hostia coli solitum. Sed Horatius, qui illum diem instar magni solennis habebat, non aliter eum coluerit, quam alia deorum festa. Non enim suo Genio sacrum facit, sed Mæcenatis memoriæ, & honori. Hoc si sic dixisses, quanuis fortasse omnino verum non fuerit, tamen aliquid dixisses, & abunde satisfacisses. Nunc vero, cum mirus morbus sit *ἀδολογία*, vsus es vitio ingenij tui, & bonam solutionem attulisti: id scilicet tibi videri ita accipiendum, non vt agnus fieret Genio, sed alij Deo. Quasi cum sacrum fieret Genio, alij Dij aduocarentur, quibus priuatim hostiæ suæ immolarentur, præsertim vere aduentante: idque voluisse Horatium in illis:

Nunc & in vmbrosis Fauno decet immolare lucis,
seu poscat agna, siue malis hædo.

Quasi cum hoc dicit Horatius, intelligat se ita natali die sacra facere Genio, ut interea clam coagnum immolet Fauno. quasi etiam natalem aliquem celebraret Horatius, cum dicebat,

Nunc & in umbrosis Fauno decet immolare lucis.

Quo quid potuisti dicere ineptius?

Titij ἀλογία.

TESTIMONIUM, quod ex eodem poeta adducis, omnibus argutia antecellit. Ibid.

- cras genium mero Curabis, & porco bimestri,
Cum famulis operum solutis. 9.

Placet Critice? Horatius ergo sentit Lamiam cras debere natalem suum celebrare? Curare Genium est natalem celebrare? ubicunque igitur apud scriptores veteres legimus, Genium curare, Genio indulgere, hoc erit Natalem celebrare? Et feruus ergo Terentianus Genium suum defraudans, nolebat Natalem suum celebrare, siquidem contrariorum eadem ratio est. Quis putasset tantum acuminis Hetrusci in te esse?

Solvitur dubitatio, & illustratur.

DICES, dignum tamen vindice nodum esse. Te Ibid.
ipsum vindicem fero. Dixisti paulo ante, neque 10.
Palilibus, qui dies urbis natalis erat, neque Terminalibus victimam immolari solitam: quod verum esse non solum ex ijs, quos adducis, auctoribus constat, sed & alijs longe pluribus, & antiquioribus, qui omnes vno ore dicunt nefas fuisse illis diebus victimas cædi. Tamen Palilibus scio non

solum vitulum, sed & equum immolari. Ouid. de Palilibus: *sanguis equi suffumen erit, vituliq. fauilla.*
De Terminalibus idem poeta,

*Spargitur & caesa communis Terminus agna.
Nec queritur, lactens cum sibi porca datur.
Conueniunt, celebrantque dapes vicinia supplex,
Et cantant laudes, Termine sancte, tuas.*

Abi ergo, & ijs, qui tibi obijcient locum Horatij de victima Genij, impinge in osistos Ouidij de Terminalibus, & Palilibus. Et quærentibus causam responde a Poetis ne iuratis quidem fidem exigendam esse. Non deploras iacturam temporis, & chartæ, quam fecisti in re adeo futile commendanda?

Titij ἀλογισία. λόγῃ, quid.

Cap. IX.

II.

RECTE suspicatus est P. Victorius apud Sophoclem λόγῃς pro sagittis poni, vbi describit Herculem Thebis profectum obuiam Acheloo occessisse. οὗτος, inquit, βακχίας ἀπο ἤλθε παλίνονα θύρας πύξαι καὶ λόγῃς ῥόπαλόν τε ἑνάστων πᾶς διός. Nihil enim aliud præter clauam, arcum, & sagittas gestare solitus Hercules. Qui enim λόγῃς hic pro hastis acceperit, tantum abest, vt plures hastas Herculi recte attribuat, vt vna hasta cum claua non modo onerosa gestanti, sed & inutilis ad pugnam futura sit. Vt aliquid supra doctum senem sapere videre, producis locum ex Aspide Hesiodi, in quo Hercules non solum hastam gestat, sed & ea hostem transfigit. Non nunc primum incipis pugnantia loqui, & locos, qui tibi penitus aduersentur, adducere. Quem enim adducis locum, is nimium quantum

quantum tibi contradicit, in eo enim poemate non consueta Herculis armatura, neque vsitata illi Heroi tela describuntur. Sed primum omnium in currum imponitur Hercules pugnaturus cum Cycno. Datur thorax, ensis, hasta, galea adamantina, scutum. quæ omnia nusquam alias attribuuntur Herculi. Clauæ autem, quod est quotidianum herois telum, nulla mentio. Quare vides, quam hæc congruant menti tuæ. At Sophocles simpliciter describit Herculem nihil cogitantem, & ad pugnam minime animum adijcientem sic Thebis profectum, vt non alio, quam quotidiano habitu eum nobis pingat. λόγχη autem, ne fallare, non est δόρυ, aut αἶχος simpliciter, sed ferrum hastæ. Xenophon εἶχον ἢ δὲ δόρυ ὡς πινυκιάδεκα πηχῶν, μίαν λόγχην εἶχον. Sagittarum cuspides λόγχας vocauit. Nam ipsæ nihil aliud sunt, quam βέλη λελογχωδρά. Si ornatissimo & doctissimo seni Petro victorio tantum otij erit ab re sua, vt istud caput illum legere non pigeat, cum inciderit in illum locum Hesiodi, quem producis, non dubito, quin tantundem risus illi tollas, quantum mihi sustulisti.

Titij calumnia. Ciceronis error.

LVISINI illius παρρησια non vidimus. Constat Cap. X.
tamen recte ab eo in Ciceronem animaduersum, quod verba Xenophontis, *ἢ τὴν εἰμὴν ψυχὴν καταφ' ἑμῶν ποιεῖτε ἢ ἐγὼ δέομαι*, ita vertit: *Sic me colite, vt Deum.* Non enim ita sensit Cyrus, sed potius hoc voluit. Si hæc ita se habent, & animus relinquit corpus: ergo meum animum, quia nunquam interiturus est, sic colentes, facite quæ a vobis peto.

Nam diuinum quidem, & immortalem esse animum palam profitetur: Deum autem dicere cur suspicemur, causæ non est. Neque vero nouum est Ciceronis diligentiam & fidem in reddendis Græcis desiderari; siquidem Ciceroniana cum Græcis contendantur.

Titij ridicula ἀλογία.

Ibid. 13. **N**EQVE in mea potestate est, vt temperem a risu, neque in tua, vt me prohibeas. Quid audio ex te, Titi? Ais hunc Cyri sermonem perperam a nonnullis exceptum fuisse, idque colligi ex Callisthenis reprehensione apud Artianum; docentis hunc regum apud Persas adorandorum ritum a Cyro primitus inductum ad posteros reges transmissum fuisse. Quæ non solum falsa, sed & ridicula sunt. Reges viuos Persarum adorati intelligit Callisthenes. Contra Cyrus moriens ait animum suum immortalem fore. Quomodo illè mos adorationis ad viuos reges pertinet, si moriens Cyrus hoc instituit? Quid habebas in animo, cum hæc scribebas? Deinde Cytus moriens nullam habuit orationem. Huic rei bene cauit Tomyris Regina, quæ Cyrum interfecit. Cytus autem Xenophontes ad exemplum fictus est, vt nemo nescit. Quomodo igitur ais *περοσκύωσιν* regum Persarum ex his verbis Xenophontis introductam? nisi forte censes Cambysen in patris solio sedentem Olympiade LXII, hunc morem adorationis repetiuisse ex Xenophonte, qui in contubernio Cyri minoris fuit post Olympiadem XCIII. Hoc ridebunt satis nascuti illi populares tui.

Nugatoria ac ridicula Titij ἀλογισία.

SEDET, æternumque sedebit *Infelix Theseus* - Hæc Cap. XI.
 Verba Iulius Hyginus Grammaticus notauit ἐν 14.
 πῖς μιμημονικῶς ἡμδρτημδμοῖς Maronis, cum in eodem
 libro Poeta Theseum ex ijs esse dixerit, qui ex in-
 feris redissent. - *quid Thesea? magnum Quid me-*
morem Alciden? Itaque manifesta ἀπλογία est, at-
 que eiusmodi, vt a Poeta tolli potius meruerit,
 quam a nobis solui. Tu doctior Hygino esse vo-
 luisti, & huic tabulæ cupressum appingis. Scribis a
 Virgilio dictum Thesea sedere æternum, quia in-
 fidens rupi apud inferos partem natium auulsam
 ibi reliquisset, tanquam sui vicariam, καὶ ὑποστηρικτὴν
 ζενα. Ideo dici æternum ibi sedere, quia πυγὴ etiam-
 num in saxo relicta sit. Quis risum absteineat? Igi-
 tur ea pars adeo nobilis est, ac tanti momenti, vt
 vicem totius corporis & animi Thesei fungi de-
 buerit? Ea, inquam, est, quæ clamat apud inferos:

Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos?

Apud mortales igitur Theseus Procrusten, Scirin,
 Scironem, & Crommyoniam suam delet: apud
 inferos eius natis dictat præcepta iustitiæ? Si igitur
 Theseo dicta dies sit, non opus est illi ad interdi-
 ctum venire, si natem suam potest in iudicio siste-
 re. Sed, Roberte, vt tu vera dicas, & vt nates The-
 sei nobiliores sint ipso Theseo: tamen hoc tuo io-
 culari & futilissimo commento nunquam solues
 ἀπλογίαν illam, quæ a summo Critico Hygino
 notata est.

De Theseo in saxo sedente.

Ibid.

15.

QUÆ adducis e Suida monitus a Rhodigino, poteras melius e fontibus ipsis, hoc est ex vetustissimo Aristophanis interprete haurire, vnde Suidas totidem verbis in sua Collectanea transcripsit. Sed, quantum video, nondum eos progressus in literis fecisti. quod tua scripta docebunt in sequentibus. Scito autem, secundum Panyasin veterem poetam, non *Γλυτὸ μίρος* hæsisse saxo, sed contra, saxum *πρὸ γλυτῆ προσηλώδαμ*. Pausanias: *Πανίας τις ἐπίησιν, ὡς Θηοὺς καὶ Περσίδης ἐπὶ τῆς θρόνων ἀφ' ἧς χροίτη γῆμα ἔχουσι δεσμώντας, προσφύειά τ' ἀπὸ τοῦ χρωπὸς αὐτῆ δεσμῶν σπρίσιν ἔφη ἢ πίστεαν.*

Titij ieiunitas, & ambitio. ἀγορισία.

Cap. XII.

16.

NIHI L est exilius expositione tua, cui integrum caput dicasti, docens quare exilis domus Plutonia dicta sit Horatio. quod quid aliud est, quam ἐπὶ τῆ φακῆ μίρον, & te esse disertum sine controversia? Pudet me esuritionis, & ieiunitatis. Deinde adfers versus ex Æschylo, vt ais: quos sententia ipsa & stilus in foccis non in cothurnis incedere conuincit. Quare Comici alicuius sunt, non Æschyli. Imposuit autem tibi Trimeterum gnomicon Æschyli ante hos versus positum apud Stobæum. Inde factum, vt Trimeterum & sequentes versus vnus auctoris esse putares. Hoc satis indicauerit, quantum iudicio in his literis valeas. Sed & illud magis conuicerit, quod *κατακικεμήρους* vocem mendosam, reliquisti intactam in illis versibus, cum tamen is, cuius interpretationem apposuisti, Contra-

dus Gesnerus, satis monere te potuerit, se legisse
 κατὰ τὴν ἑρμηνείαν. Hoc caput, si mihi credis, adiunge
 Volufianis annalibus.

*Locus Plauti a Titio temeratus. Inhibere
 imperium. Plautus explicatur.*

QUOCVNQVE me verito, occurrit specimen Cap. XIII.
 aliquod Criticæ tuæ, quale in hoc capite vi- 17.
 deri potest. Difficultatem maximam proponis in
 illis verbis Plauti ex Bacchidibus,

- *isthoccine hic pacto potest*

Inhibere imperium magister, si ipse primus vapulet?


Non potes concoquere quid sit inhibere impè-
 rium. Adeo res noua tibi videtur. quasi semel
 Plautus ea vsus sit; & non itidem apud veteres
 scriptores legatur, Lium, & alios. quod adeo tri-
 tum est, vt otio abutar, si pluribus probem. Neque
 solum contentus es rem vulgarissimam ignorare,
 nisi insuper locum Plauti corrupas, & pro inhi-
 bere, imbibere legis. Itaque legis,

- *isthoccine hic pacto potest*

Imbibere imperium, magister si ipse primus vapulet?

Atque tam stipes es, vt non videas locum ab inter-
 punctione corruptum. Nam distinguendum est
 non post *imperium* vt tu facis, sed post *magister*,
 Quia magister dicitur inhibere imperium. Vide
 quam bene cohæreant ista: Quo pacto discipulus
 potest imbibere imperium magistri, si magister
 ipse vapulet? Nam etiam si magister vapulet, hoc
 non impedit, quin, si velit, discipulus, imbibat im-
 perium. Didicit a Lino Hercules, & tamen Linum

B iij



interfecit. Sed hoc vult Plautus magistrum non posse imperare, si ipse primus vapulet.

Locus Plauti corrigendus. Error Titij, & barbarismus. Maximianus pro Cornelio Gallo.

Cap. XV.

18.

QV ANVIS votiuas aures probari a quibusdam audio, tamen certo certius est, legendum esse vaciuas. Nunquam enim efficies, vt Latinum sis, si aliquid tibi voueri vis, ita loqui: Non faciam, nisi mihi illud sit votiuum, hoc est: nisi mihi illud voueas. Quis ita loquatur? Viden' manifestum barbarismum non a Gallo homine, sed ab Hetrusco Titio probatum? Locus Comicus est in vaciuis aures. Nam locutio est familiaris, Si vacat, audi. At Comicus dixit, si vaciux sunt aures, ioco captato a vaciuis aedibus. Quæ autem adducis ex Sidonio, in illis votiuum quod legitur, nullo modo ad locum Plauti accommodari potest. In quibus requiro iudicium tuum, tam hercule, quam in Maximiani barbari poetæ elegijs, quas tu nomine Cornelij Gallitas. Adeo infans es & tiro in hoc studio. Sed Crinitus tuus de Maximiano Corn. Gallum fecit. Ideo non dubium est, eum esse Corn. Gallum.

Locus Propertij a Titio deprauatus. Vrevere crines. Vellere capillos, barbam.

Cap. XVI.

19.

QVOD lectionem Propertij mutare conaris, frustra es. Ipse versus Tibulli, quem adducis, manifesto contra te facit, & vulgaram lectionem tueretur. Idem enim vult Tibullus, quod Propertius.

Neque vero mirum te ea adducere, quæ sententiam tuam potius destruant, quam viam ad id quod vis, muniant, cum in omnibus locis tui simillimus sis. Deinde adducis locos Plauti, & Virgilij, ex quibus capillo trahere vis idem esse, quod capillum vellere. Quod cuiusmodi esse dicam, quam plane Titianum? Sane *ἄλλην τὰς τεύχας*, quod in Propertio innouas, non est idem, quod *ἐλκεσθαι τῆς τεύχας*. In eo nihil dissimilius. Quin etiam *ἄλλην τὰς τεύχας* sæpenuero culturæ muliebris est, non pœnæ. Quam multæ enim volsellis id faciunt, quod apud Propertium putas (sed frustra) reginam iratam pellici suæ fecisse? Barbam vellunt Cynico pueri & Nonaria meretrix, in Satyra. Item apud Anacreontem legimus: *σκυπίτι μάστιγι δαυμάχβεις, κόμην πώγωνά τ' ἐκτεπλιδύρος*. Hic *πώγωνα ἐκτεπλιδύρος* est contumeliæ. At Luciano culturæ. *πώγωνα ἴλλη, κυρέων ὑπ' ὠλέταις*. Sed vellere capillos vlli fœminæ, haud scio, an sit id, quod voluisti, cum potius id volsellarum sit, non vnguium iratorum. ac pro eo Latine dicitur, conscindere capillum, mulierum capillos conscindere, inuolare in capillum. Ridiculus ergo conatus tuus. Quare, si sapis, a lectione vulgata Propertij manus istas tuas contaminatissimas abstine. Et memento vrere capillos esse iracundiæ, vellere capillos ornamenti esse aliquando. Si volebas lectionem vulgatam Propertij tentare, quare ita imprudens fuisti, vt Tibulli locum contra te adduceres? Hoc ego miro & rideo.

Quadrigarij locus a Titio corruptus. Alumen liquidum. Albumen ovi.

Cap. XIX.

20.

PARI audacia locum Quadrigarij temerare veritus non es, cum omnia, quæ ignoras, mendo nõ vacare censes, & errorem putas quicquid ignoras. Primum quod ais alumen *αφλόγητον* dici a Dioscoride, vnde id expiscatus sis, quæro. Quod albumen in verbis Quadrigarij pro alumine supponis, eo solo prodis incitiam tuam, qui nescis albumen sine adiuncto poni non posse, vt albumen oui. Preterea quod ais albumen oui tueri ab incendijs, idque probas ex Dioscoride, qui scribit faciem candido oui inunctam sole non aduri, ergo concludendum est, quicquid faciem ab adustionibus tueretur, id ædificia ab incendio vindicare. Cyclaminus, aqua Samaræ vlmī, & alia, quæ faciem a coctura Solis tutam præstant, poterunt ædificia ab igne vindicare, si verum dicis. Sed cur mirum tibi videatur ligna alumine oblita non accendi & igni potius resistere, nulla iusta ratio est: quandoquidem non de nostro hoc alumine, quod ex saxo durissimo fit, sed de alumine liquido, id dictū videatur. At ex nostro alumine saxeo nullus illitus fieri potest, cum sit, vt scis, eius potestas saxæ duritiæ

*ἀλογισία Titij. Lentus debitor. Nonius male
a Titio intellectus.*

Cap. XX.

21.

QUID tricaris de nomine LENTVS in versibus Lucillij? Eius verba sunt:

Luciu' Cotta senex Crassi pater huius Paceni

Magnu' trico fuit nummariu' soluere nulli Lentus-

Nonius interpretatur Lentum facilem. Quia legisti apud Senecam lenta nomina esse, quæ vix ap-

pellata soluant, propterea suspicatus es Lentum hic per se non esse facilem, quod Muretus, & Turnebus putarunt, sed cum ipso nomine negatorio NVLLI. Itaque ais, NVLLI LENTVS a Nonio exponi facilis. Quod quam falsum, & præterea vanum & futile sit, Lectores eruditi iudicent. An non Nonius ibi tractat de verbis multiplicis notionis? Si interpretatus est LENTVS facilis propter negationem adiunctam, quid noui fecit? Nam Lentus hoc modo erit semper tardus. Et cum ipsa negatione erit nulli tardus, id est facilis. Præterea quis non irrideat ἀπειρίαν tuam, qui nō sentis quanto errore traducas te, si hoc admittis. Nam si soluere nulli lentus, est facilis soluere, quomodo ergo trico nummarius fuit? Sane, Titi, Tricones nummarij non sunt ij, qui facile soluant, sed quos Cicero lentos debitores vocat, & Seneca lenta nomina. Quid vis igitur, cum ais Lucillium dixisse L. Cottam fuisse triconem nummarium, & facilem soluendo? & Nonium simul NVLLI cum LENTVS iunxisse, cum ille dixerit, Lentus, facilis. Lucillius, &c. Quod ergo perfugium habebis audaciæ tuæ.

Lentus debitor. Lucillij locus explicatur. Errores veterum Criticorum. Nonij error.

QVÆRES, quid ego sentiam de loco Lucillij. Ibid.
 Equidem Nonium errasse non dubito. Nam 22.
 lentus debitor Ciceroni, Senecæ, & Lucillio, est malum nomen, & tergiuersans. Sed archaismus est, soluere nulli lentus. Nam sunt duæ negationes pro vna. quarum altera ἀεργία negatiua est,

nempe NVLLI. altera *σκληρός*. Nam Lentus est non promptus. Non promptus nulli soluere, idem ac Nulli promptus soluere. Hoc creberrimum Varroni, & alijs. Potest etiam peccatum videri interpunctione. Magnus trico fuit nummarius, soluere nulli, Lentus. Sed prior expositio verior est. Neque vnquam Lucillius dixit lentum debitorem pro flexibili ad soluendum, vt dicitur lentum vimen, quomodo eruditissimo Mureto placuit. Sed quod dicam nunc, *ἀναμφισβήτητον* erit. Lentus debitor, est qui nulli soluit. Ergo soluere nulli lentus, idem ac lentus simpliciter. Crudelis est, qui parcat nemini. Itaque crudelis parcere nemini tam dicitur, quam crudelis sine adiuncto. Peruicax nulli credere. Sine vlllo dubio Soluere nulli lentus ad eum modum ira dictum. Neque mirandum Nonium & alios Grammaticos aliquid pronunciare, *ὅτι τ' ἀρρηπν ἄμεινον*. Nonne doctissimus togatorum M. Varro hallucinatus est in illo versu Ennii: *Corpore tartarino prognata palude virago?* Quis dubitat *πελοπόννησον* dictā, quod Tritone palude prognata? At Varro legit paluda. Quod verbū ipse somniauit. Festus suspicatus est Cernuum esse genus calceamenti, cum illum versum Lucillij haberet in animo: *Cernuus extemplo plantas conuestit honestas*. Item Apertam hariolatus est esse cognomen Apollinis, cum meminisset illius versus Tragici (Pacuij an Accij, non memini apud Nonium) *Aperte fatur dictio*. Hoc est *πρῶτος ἀνεπίχρηστος*. Ille legit Apertæ. Nonne Gellius ex Sallustianis, mari placido, fecit genus nauigij, Mareplacidus? Ne miremur igitur hoc Nonio excidisse, quem constat multis locis offendisse.

FRVSTRA de duobus Senecæ locis gloriatis. Cap. XXII.
 Vterque enim sine ope veteris codicis emenda- 23.
 ri non potest, cum sit mutilus.

Imperitia sermonis Græci mira in Titio. χειρος.

IMPERITIA sermonis Græci, quæ in te est, si- Ca. XXIII.
 cubi alias in his libris, hoc loco maxime iudicio 24.
 suo prodidit se. Plutarchi verba sunt: ἐδὲ γὰρ πρὸς αὐτὸν
 ἀπότρω βυλοίδρω, καὶ πρὸ βοῖ τ' λαγὼ κωμηγεῖν, δυστυχὲς εἶναι.
 γὰρ γὰρ χειροῖς ἐ βλήταις ἐλάφοις μὴ λαμβάνουσι μηδὲ εἰς
 δαίμωνι ἐναντιοῦντι μοχθηρὸς, ἀλλὰ ἀβελτεία καὶ μοχθηρία τοῖς
 ἀδυνάτοις ἐπιχρῶσιν. Audiamus auream interpreta-
 tionem tuam. Neque enim qui aratro velit iacula-
 ri, ac bone leporem venari, infortunatus est: neque
 ei, qui frustra verriculo, aut funda captavit cervos,
 ullus malus aduersatur genius: sed stultitia & per-
 uersitas eum ad tentanda impossibilia adigunt. Er-
 go te doctore χειρος est verriculum, qui Erasmum
 exagitas, quod χειροῖς male reddiderit: cum tamen
 nihil minus sit χεῖρα simile, quàm verriculum. χειρος,
 quod scias Aristarche, est Nassa, quod est vas vimi-
 neum, non lineum, aut cannabinum rete, cuius-
 modi verriculum & fundam esse nemo ignorat,
 saltem qui tui dissimilis sit. Hinc χεῖρας dicuntur
 Piscatores, & ἀνιζματώδης verborum perplexitates,
 dicuntur χειροῖς. quod sint intorta & flexuosa verba,
 vt vimum laquei & nodi, ex quibus Nassæ con-
 textæ sunt.

Titij, & Erasmi errores.

A μὴ ἀβελτεία καὶ μοχθηρία τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιχρῶσιν. Ibid.
 Sed stultitia & peruersitas eum ad tentanda 25.

impossibilia adigūt. Peius vertisti, quam Erasmus, quanquam & ille nō leuiter in illis reddendis peccauit. Non te detinebo. *ἄπιχρος* est Datiui casus. Eius rei ignoratione aliud cogitans lapsus est doctus Erasmus. Tu illum errorem nobiliore facinore cumulaſti, cum *ἄπιχρεῖν* adigere exponis, & transitue dictum putas. Ne fallaris, narro tibi illum locum ita a te reddi debuisse: Neque enim, qui aratro velit iaculari, ac boue venari leporem, infortunatus est: neque nassis, & verriculis cetuos captanti vllus malus Genius, sed impossibilia tentantibus stultitia & peruersitas aduersantur. Vides etiam *ἡ λαμδαίοντι* esse captanti. Tu dixisti, frustra captanti. quod superfluum est. Nam captare conatum indicat, non etiam effectum.

Τῆς ἀλογίας.

Cap. XXV.

26.

NISI tolutim badissas, dememus tibi de ordeo, neque te calcitronem equuleum feremus. Primum ais Orpheum scripsisse, nauem Argo piceis & quercubus compactam fuisse. Si alia Orphei Argonautica habes ab ijs, quæ nobis in manibus sunt, quæ quidem hoc dicant, do manus, & stultus sum, si tibi ignota prædicanti non credo. Sin autem hæc Argonautica nostra intelligis, more tuo facis: & vel erras, vel nobis sciens imponis. Orpheus enim tantum fagineam fuisse canit.

*ἢ οἱ φησὶν ἄνω πικρὰν τεκτονικὴν ἴλα,
ἢ ἐξ ἑὶ εἰλαπνοῖς ἐρετμοῖς ἀλμυρῆα βένθη
πρώτη ὑπεξέπρησε. τοῖς οἰς ἢ ἦν υἱὸς θαλάττης.*

Neque fidelius a te dictum ex picea quernaque materia fabricatum equum Durateum apud Ma-

ronem, cum tamen poeta abiegnum dixerit, quernum ne cogitarit quidem - *sceltaque intexunt abiete costas.* - *Et pinea furtim Laxat claustra Sinon.*
 Nam poetis *πίτω, πικίλω, ἐλάτω*, pinum, piceam pro vna eademque arbore ponere religio non est.

Locus Catulli a Titio corruptus. Titij ἀλογισία.

NON vides te pastoritia fistula excipi cum tua Ibid.
 correctione? Nam quis Genius non bene tibi 27.
 aduocatus coegit ita legere in Catullo?

Linea coniungens inflexæ textæ carinæ. Quid te audacius? quid impudentius? Si linea texta sunt vela, vbi gentium vnquam vidisti vela carinis nauium coniungi, & applicari? Nescio quæ victimæ fatis sint huic portetō expiando. Sed oro lectores, ne pigeat admouere manus huic capiti, vt mirentur otium, & vanitatem tuam.

EX LIBRO II.

Titij imperitia. Locus Phylarchi apud Athenæum correctus.

PHYLARCHI verba apud Athenæum libro Cap. II.
 XII. *σβαρίται ἑλωκίλαντες εἰς βρυήν ἐγραψαν νόμον* I.
τὰς ζωαῖκας εἰς τὰς ἑορτὰς καλεῖν, καὶ τοὺς εἰς τὰς θυοῖας κα-
λοῦντας πρὸς ἐνιαυτὸν πλὴν ἑξασκελὴν ποιέειν, ἵνα ἀξίως
πινύμενοι τῷ χρόνῳ, τῶν δ' ἱματίων, καὶ τοῦ λοιποῦ κόσμου περιάγω-
σιν οὕτως εἰς τὰς κλήσεις. Malam his interpretationem subiunxisti, siue tuam, siue alius nescio cuius. Sed tantidem ego facio aut te malum interpretem esse, aut malorum interpretum fidem sequi. Enim

enim probas, quem sequeris. Hæc igitur ita Latina
 „ fecisti: In delicias soluti Sybaritæ legem sanxe-
 „ runt, vt mulieres ad festa vocarentur, atque eas,
 „ quæ vocarentur ad sacrificia, oportebat per annum
 „ priorem apparatus comparare, quo dignum tem-
 „ pore vestium, aliusque mundi muliebris facientes
 „ in conuentus adducerentur. Quæro ex te, an hæc
 intelligas. Ego mehercule non intelligo: &, nisi
 fallor, nusquam magis ridiculus fuisti. Præterea
 fugit te traiectus verborum, a quo laborat senten-
 tia. Quod si tu ex nugis & quisquilijs nescio qui-
 bus gloriolam aucupas, ego nihil indignum stu-
 diosorum expectatione fecero, si errorem indica-
 uero. Legendum enim: *ὅτις εἰς τὰς θυσίας καλοῦνται*
πρὸ ὀνιαντὸ πλὴν ὡρασκλὴν ποιῆσαι τῶν ἱματίων ἢ τὸ λο-
ποδ κόσμεν, ἵνα ποιούμενοι ἀξίως τῶ χρόνῳ, παραγῶσιν οὕτως
εἰς τὰς κλήσεις. Peritiores linguæ Græcæ, quam tu
 es, hoc est mediocriter Græcis tincti, sciunt nihil
 verius esse hac lectione: quam vt beneficio aliquo
 cumulemus, hæc omnia non deterius reddemus,
 quam a te, aut ab eo, quem sequeris, factum est.
 Sybaritæ in luxum lapsi lege sanxerunt, mulieres
 ad solennia vocari, atque vti designatores sacrifi-
 ciorum anno priore comparent quæ vestitui, quæ-
 que ornatui sunt, vt illud pro dignitate temporis
 exequentes postmodum producant eas in conui-
 uia. Nunc ista cum tuis contende: videbis aliter
 fues, aliter catulos olere. Quantum enim falsus es
 „ in illis? Atque eas, quæ vocarentur ad sacrificia.
 Vnde quæso id expiscatus es? Intelligit enim scri-
 ptor Græcus vocatores & designatores epuli sacri:
 cum lex velit mulieres non vti que *αὐτοκλήσεις*, sed

per designatorem ad epulum venire. Lege verba scriptoris, & quæ ante, & quæ post. Videbis nihil verius esse.

Locus Lucretij a Titio corruptus.

LVCRETIVS *πὸ πάρα* elegantissime vertit *Fun-* Cap. III.
gi. Idque non vno loco vsurpauit. Tu contra 2.
 audacter P V N G I reponis. Quod quis ferat? So-
 lens facis. Versum enim illius poetæ contra te ad-
 ducis: *At facere & fungi, nisi corpus, nulla potest res.*
 Nam id est, Agere & pati, præter corpus, nihil
 potest. Tantamne tibi innatam vœcordiam, vt
 non solum in manifesta luce trepides, sed etiam
 gladium, quo te confodias, promas? Quate caue
 sis aliquid mutes in Lucretio. Alioquin nunquam
 effugies, quin & Fungi Lucretianum, & Pungi
 tunum malo tuo experiare.

Locus Ciceronis a Titio corruptus. Titij

ἀλογία. Bactriani. Bastarne.

QVIA Iohannes ille Scoppa, & amicus tuus Cap. V.
 Franciscus Luisinus, quicumque sunt illi, lo- 3.
 cum Ciceronis de lege Manilia infeliciter tenta-
 runt, tu extiristi, qui illis validissimis gladiatoribus
 victis tanquam bonus secutor succederes. Sed vt
 illi male hanc prouinciam administrarunt, sic ne-
 que tu maiori cum laude hanc pugnam pugnasti.
 Nam quod apud Ciceronē *EX BACTRIANIS*
 supponis, tam frustra est, quam id, quod postea fal-
 so pronunciaſti, Bactrianos esse supra Pontum; id-
 que a Strabone proditum esse: cum Strabo vnos

tantum Baſtrianos nouerit vicinos Sogdianis, vt & alij Geographi. Sed diffidis coniecturæ tuæ, & reſipifcis. Itaque κακῶς κακὸν ἰώμενος legis Baſtarnis, cum tamen populus fuerit longe ſupra Pontum in occidentem. Omnes enim ſcriptores, inter quos Strabo, inter Germanos, & Sarmatas collocant. qui te conuincunt manifeſtæ inſcitix, qui non videris eos eſſe in Europa, quo ne Mithridatis quidem nomen illis temporibus penetrarat. De iſtis Baſtarnis, præter alios, vide Liuium libro XL. in fine. Quare iam ſentis te nunc primum deſtertere, & ſatis ſomniaſſe.

Titij ἀλογία. Locus Ciceronis exponitur.

Ibid.

4.

GRÆCA verba, quæ ex Athenæo adducis, non ſunt Athenæi, vt tu putas, ſed Poſidonij Apamiensis, eaque ex perſona Athenionis ſophiſtæ; qui apud Athenienſes multa de Mithridatis potentia mentitus eſt, ea gratia, vt regem illis formidoloſum efficeret. Falſum enim omnino regem Perſarum & Armeniæ latus vnquam Mithridati ſtipaſſe, quod ille planus Athenienſibus perſuadebat. Sed mentitur tantum, quantum Mithridatis paraſitus potuit. Quare fruſtra eſt, quod ex illis verbis hominis plani fines regni Mithridatici longius porrexifti. Nam in hac re ſplendide, & gnauiſſe nugatus eſt. De loco Ciceronis ita cenſeo, nihil mutandum eſſe. Nam ἀξελκῶς dictum eſt Ecbatanis, pro remotiſſimis finibus, quandoquidem Græcis & Romanis nihil longinquius, quam fines Perſidis.

Ex Plu-

Ex Plutarcho duo errata sublata.

IN Græcis auctoribus citandis impetitissimum Cap. VI.
Hellenismi profiteris: quod cum alias, tum in 5.
his Plutarchi verbis tibi vsu venit, in quibus duo
insignia menda non aduertisti, γινέσθαι Φάβιον ἄνδρα
πλὴν ἔδδοκμον ἐν Ρώμῃ τὸ Φαβίων γένος ἀπ' αὐτοῦ παρὰ γένος.
Tu lege: γινέσθαι Φάβιον, πλὴν ἄνδρον ἔδδοκμον ἐν Ρώμῃ τὸ
Φαβίων γένος ἀπ' αὐτοῦ παρὰ γένος. Item: Ἰνέες δ' ἐπὶ τῷ
γένει τούτῳ πρώτους τῆ δι' ὀρυμαγῶν χηνοταμῶν ἀρχαί Φοδίας
ἱστοροῦσι ὀνομαζέσθαι πρῶτον. Lege: Φοδίας ἱστοροῦσι ὀνο-
μαζέσθαι πρῶτον. Festus: Fouiij, qui nunc Fabij dicuntur,
dicti, quod princeps gentis eius ex ea natus sit, cum qua
Hercules in fouea concubuit. Alij putant eum primum
ostendisse quemadmodum vrsi, & lupi foueis caperen-
tur. Hanc gratiam retuli tibi loci Pliniani emenda-
ti. Nam sane verum puto esse, Fabatorum, non
Fabiorum legendum esse. Sed quare Fouijs au-
ctor eius gentis potius, quam Fauius dictus fuerit,
non video. Nam Fauius propius accedit ad Fabius:
& Fauia antiquitus dicebatur, quæ postea Fouea.
& Fauire, quod Fodere. vnde Fauissæ sunt subter-
ranea caua, vbi reponebantur imagines vetultate
collapsæ. vt a caueo, cauissa, caussa: sic a Fauio, fa-
uissa, fossa.

Titij ἀλογισία. Locus Propertij a Titio temeratus.

PROPERTIUS: Dum vernat sanguis, dum rugis Cap. VIII.
integer annus, Vtere - Persuades tibi legen- 6.
dum - dum rugis integer, annis Vtere - Sed tunc
nobis persuadebis, cum Latine poterit dici; rugis
integer sanguis. Et ponamus Latine dici: (non

tamen verum est) non opus erat ANNIS; sed simpliciter dicendum, Dum rugis integer sanguis, utere. ut illud: *At tu, dum primi vernat tibi temporis ætas, utere.* - Ego pluris facio iudicium pueruli, quam tuum. Nam nullus modus nugandi. Ne sensu quidem communi præditus es.

Ampullæ. Titij ἀλογισία.

- Cap. IX. **V**IDEOR animaduertisse consilium tuum in scribendo. Quicquid inter legendum percussit tibi animum, & scriptoris veteris locum aliquem in memoriam reuocat, id statim tu, nullo delectu, nullo iudicio, in hanc aduersariorum faraginem congeris. non perpendis locos scriptorum. non discrimen facis linea alba. omnia susque deque habes. Aliquando etiam, ubi deest prætextus nugandi, arcessis longe petita auxilia, ut hostes tuos necopinantes opprimas. Ut igitur venditares nobis epigrammatum Græcorum interpretationem tuam, ab ampullis, & sesquipedalibus verbis orsus es. Ais male a Grammaticorum vulgo exponi Projicit ampullas. Esse enim verba, quæ magnitudine sui ampullas expleant. Mi homo, projicere ampullas est, ampullosa & tumentia verba loqui. ut loqui lapides est, dura loqui, non quæ magnitudine sua æquent saxa. Alioqui quomodo inde verbum extitisset Ampullari? *An Tragica desæuit, & ampullatur in arte.* Quod vero putas, ampullas & sesquipedalia verba idem esse, more tuo falleris. Ampullæ sunt ἀνοΐας, sesquipedalia λέξεως. Nam turgentia & tumor verborum sensus est, compositio autem λέξεως. Præterea frustra adducis

μειάμφορον ex Aristophane. Ibi enim μειάμφορον ῥήμα non est, quod ampullæ Horatio. Non enim poeta dixisset, πόθεν αὐτὸ λάβω ῥήμα μειάμφορον, sed πόθεν αὐτὸ λάβω ἀμφορεῖς. In quibus æstimet lector iudicium tuum. Denique μειάμφορον ῥήμα Suidas exponit non secundum mentem tuam, ἀμφορεῖς πληρῶσαι διωάμβρον. sed μειῶν ἀμφορέων ἀξίον. Ergo secundum hanc Grammatici interpretationem, ampullæ non erunt verba, quæ ampullas magnitudine sua implere possint, vt primo interpretatus es: sed verba ampullis digna. Et hic quoque iudicium tuum ventilauerit lector. Atqui Suidas, vel potius vetus Criticus apud Suidam, recte μειάμφορον interpretatur. Ad eundem enim modum μειοτάλαντον. hoc est μειῶν τάλαντων ἀξίον, non τάλαντα πληρῶσαι διωάμβρον.

Epigrammata Scoti hominis Titius antiqua credidit.

SE D vnde hæc vrtica nouæ Criticæ? Noui lu- Ibid.
 S dum. Preciosa κημήλια quædam nolebas diutius 8.
 otiosa in sanctuarijs bibliothecæ tuæ latere: nempe duo Græca epigrammata sesquipedalibus verbis composita, tantæ vetustatis, vt & in Italia in perueteri marmore scalpta alicubi extent, & eadem reperta itidem sint Parris Achaicæ vrbe exarata in membranis. Ac ex ijs primum (volebas dicere Prius. duo enim tantum sunt) vere pium Christianumque doctorem describit. alterum plane est illi contrarium. Hæc totidem verbis nos docuisti. Roberte Titi, delitium Musarum, Latina Siren, nutricula Grammaticorum, quas grates dignas tibi referemus pro tanto beneficio, quo non solum

Epigramma a pio & Christiano homine conscriptum nobis communicasti, sed & alterum in hypocritas summa libertate districtum non inuidisti: &, quod maius est, beneficio ipsi, quod per se magnificum est, nouæ liberalitatis cumulus accessit, quod illis duobus peruetustis poematijs Græcis diuina illa tua & ingeniosa interpretatio adiuncta est. O hominem acutum. O summum poetam. Actum erat de literis, si hoc venerandum vetustatis monumentum diutius in tenebris, & situ latuisset. At Musæ iniquæ sint illi plagiario Scoto, nescio cui, qui ante hos quindecim sexdecim plus minus annos, vtriusque epigrammatis se auctorem venditauit. Addidit audaciâ plagio confidens iuuenis. Nam edidit Lutetiæ, quanquam nomine suo dissimulato, cum interpretatione Latina longe meliore, quam tua. Itaque per illum poteras hoc labore defungi sane, neque ampullas introducere, quæ tibi viam præirent ad tam egregiam versionem tuam ostentandam. *Quinetiam, Roberte Titi, scito eum iuuenem (iuuenem voco, qui tunc erat iuuenis. sunt enim plusquam sexdecim anni ab editione eorum epigrammatum) prius epigramma ἑκαμαστικόν de Luteranæ & Calvinianæ sectæ doctoribus Theologis composuisse: alterum virulentum & σκωπτικόν in Episcopos Romanæ Ecclesiæ distinxisse, hominem vere Scotum, & a Romana Ecclesia vitio gentis suæ auersum, a quo nihil aliud expectari poterat. Pauci sunt moderatores Gymnasiorum Lutetiæ, pauci iuuenes studiosi, qui hoc ignorent, ac non ipsa epigrammata excusa viderint, non mehercule in marmore Italico*

scalpta, aut in Patrensi membrana exarata. Quinetiam idem iuuenis (utinam melius de Episcopis sanctissimis sensisset, neque tam bene de ministris suis) simili argumento & compositione poetæ Græci, cuius in sophistas tetrastichum Athenæus retulit, item interpretatione Iosephi Scaligeri inuitatus, quæ pene totidem verbis & syllabis Græcum poetam exprimit, utrunque epigramma condidisse. Sane siquid iudicij in te erat, poteras ex ipso stilo, ex argumento, ex compositione denique Hellenismi rem ipsam odorari. Si nihil aliud, Bombardæ certe debebant tuum stolidum excitare veternum. *Βομβάρδα* enim, cuius mentio est in priorè epigrammate, si putas nomen Græcum esse, idem putaueris eam machinam Græcis in usu fuisse. quæ tamen memoria atavorum nostrorum in Europa excogitata est. Nam in Asia apud Chinas ante bis mille annos in usu erat, ut certo constat. Itaque dubito, an te simplicem vocem, cui tam facili genere imposuerint nescio qui capitales & acuti homines, qui lenitatis tuæ conscij erant: an gloriosum, qui ob vnam illam præclaram interpretationem tuam, fidem, famam, & nomē tuum vna decoxeris. Quid putas iam dicturos populares tuos, gentem acutam, atque ipsum planè *ἀπὸν μὲν*? Nescio quid tibi mentis futurum est, cum hæc leges. Me certe, cum hæc scriberem, tui tæduit, piguitque.

Titius Galliambum Mureti Catullo attribuit.

OPORTEBAT similes habere labra lactucas. Ibid.
 Nam & femorigenam, Giganticidam, celeripedem, Edericomum reperisti in Catulli Galliam-

bo, homo non minus in Scoti poematis, quam in Mureti Galliambo cæcus. Nam ea, Titi, non in Catulliano Galliambo extât, sed in eo, quem Muretus ab se compositum Catulliano adiunxit. Ita mirificus rerum conditor es, qui Muretocatullianum Galliambum, & Scotopatrensia epigrammata nobis edidisti. Auctor tibi sum, vt hoc caput in æs incidi, & in loco illustri poni iubeas, vt de plano legi possit, in memoriam atque æternitatem Criticæ Titianæ.

Titij ἀλογισία.

- Cap. X. **V**ERBA Ciceronis ex primo de officijs: Hinc
 10. *Rhetorum campus de Marathone, Salamine, Plataeis, Thermopylis, Leuctris, Stratoque.* Strato, inquis, fuit
 " vrbs Acarnaniæ, circa quam multa millia barbaro-
 " rum a Cnemo Lacedæmoniorum imperatore cæ-
 " sa fuerunt. Stratus, mi homo, vocabatur, non Strato. Alioquin apud Ciceronem legendum fuisset, Stratoneque. *στράτης* enim est, non *στράτων*. Neque est, cur eo nomine incomparabilis viri manibus Io. Brodæi insultes. Habet enim ille Scotica epigrammata, quæ tibi obijciat, & Muretocatullianos Galliambos. Fuit autem de bonis literis optime meritus, si quis alius, ac ne Italos quidem tuos excipio.

Titij inscitia, ἀλογισία, ἀχρηματισία.

- Cap. XI. **P**OSTquam de Straboniani loci lectione diu
 11. disputasti, vtum scilicet ille, quem Alexander legatum ad Calanos Indos miserat, *μάνδαρις*, vt est apud Strabonem, an vero *δάνδαρις*, vt est apud Plu-

tarchum, legendum sit: eo rem deducis; ut Plutar-
 tarchi lectionem Strabonianæ præferas. Tandem
 hæc subiungis: Lucianus in Toxari Dandamidis
 cuiusdam meminit, quem arctissimo amicitia vinculo
 cum Amizoca quodam coniunctum fuisse
 narrat. Sed, ut dico, Dandamida ipsum vocat, non
 Dandamin. Quibus verbis duas fenestras Gram-
 maticis ad te irridendum patefecisti. Altera causa
 risus erit, cum putas ex recto δάνδαμις apud Plutar-
 chum accusatiuum esse δάνδαμιν, apud Lucianum
 δανδαμίδα. Nam hæc nomina masculina nunquam
 habent δανδαμίον accusatiuum, sed ἰσοσύλλατον no-
 minatiuo. δάφνις, δάφνιν, (quanquam Æoles Πάειδα
 dicunt.) δάνδαμις, δάνδαμιν. At feminina ἴσις, ἴσιν: &
 alio accentu, Θαίς, Θαίδα. λαίς, λαίδα. Grammaticus
 fui, quandoquidem me hanc πιθανάλην adegisti, ut
 ἀγραμματοσίαν tuam indicarem. Altera causa riden-
 di erit, quod putas Dandamin Luciani esse eun-
 dem cum illo Plutarchi, si per accusatiuum casum
 licuisset. Lucianus enim narrat historiam nuperam
 nouitiam, quæ adeo in ætatem suam incidere, hoc
 est, annis plus quam CCCCLXX post illum Dan-
 damin Plutarchi. Si ita pergis hos progressus in
 his literis facere, breui acutissimus Grammaticus
 & peritissimus historicus euades.

Titius Scrofam, & Villicam eandem putauit.

Es t interdum indignari quisquiliæ tuas ruspan-
 tem, & pedibus fimum scalpturientem vnde
 nullum granum eruitur. Sed præsto est præmium,
 materia risus, quæ legenti nunquam non sese of-
 fert. Specimen egregium edidisti in superioribus:

Cap. XII.

12.

neque abludit hoc ab illis, quod huic misero capiti commendasti. Apud Martialem ais in quibusdam exemplaribus scriptum extare, *Auidi sequuntur villicæ sonum porci: non sinum*, ut vulgo. Hanc lectionem amplecteris. Rationem adijcis: vocem subulcia suis agnosci. Lando, nam præter usum quotidianum, probant satis illa Pliniana, quæ adducis: *Compertum agnitam vocem suarij furto abactis, mersoque nauigio inclinatione lateris vnus remeasse*. Diffidebas captui nostro. Itaque rusticitati nostræ occurristi exemplo Græco ex Aristophane, ut id probares: *ὁμῆϊς δὲ χυλλίζοντες ὑπὸ φιληδίας ἐπιδαι μπελὲ χοίρων*. Ergo *μπελὲ χοίρων*, quæ Latine est scrofa, & villica, eadem est. Quid mutis? Itane villicatur scrofa apud vos? Apud nos Transalpinos longe differunt scrofa, & villica. His, inquis, auctoritatibus (Aristophanis) voluisti munire hanc postremam Martialis scripturam. Bene munijsti, qui de scrofa villicam facis.

Plinij locus a Titio temeratus.

Cap. XIII.

13.

PLINIVS: *Tantum differentia est, ut alia ferro scalpi non possint, alia non nisi retuso, verum omnes adamante*. De gemmis loquitur. Audes pignore deposito contendere legendum RECUSO. Hoc est, inquis, aliquas gemmas eiusmodi esse, ut quanuis ferro scalpi queant, necesse tamen sit ipsum crebro redacuere, ut pote cuius acies sæpè retundatur, atque hebetetur. Quid, mi Roberte? quoties scalpuntur illæ, opus est fornacem cum incude præsto esse, ad quam scalprum hebetatum candens recudatur? Id enim est recudere, hoc est,

ἀναχαλεβίην. Neque miror, si Horatij probam lectionem deteriore mutasti. Ita enim scripserat Horatius: - *O vtinam noua Incude diffingas retusum in Massagetis, Arabasque ferrum.* A deo in his literis tiro es, qui veteranum agis. Sed ad Plinium, quem corrupisti, redeo. Nihil mutandum est. Aliæ gemmæ, inquit, ferro omnino contumaces sunt: aliæ non respuunt quidem, sed hebetant & retundunt prima statim scalptura. Omnes autem adamantem admittunt, atque ei cedunt. Rem puero perspicuam exponere, & ad hæc minima descendere coegit me audacia tua, ne forte lectori erudito hoc mirum videatur.

Locus Propertij a Titio temeratus. Politianus a calumnia Titij defenditur. Obliquus Ocnus.

CUM primum isti libri Controuerforum in manus meas inciderunt, primum omnium caput hoc mihi occurrit oculos in eos libros conijcanti: ex quo, tanquam ex vngue leonem, ingenij tui captum æstimare cæpi. Primum vocas commentum Politiani vocem *O C N V M*: cum Politianus ita scriptum in optimo exemplari repererit. id quod ipse in Miscellaneis suis disertè testatum reliquit. Deinde nemo est paulo humanior, qui ex historia hoc diuinare non potuerit, præsertim his temporibus, quibus tanta lux literis humanioribus affulsit, etiamsi Politianus de eo non admonuisset. Sed adeo harum rerum imperitus es, vt ignores, quæ a veltratibus Grammaticis deprauata fuere, quæque ex vetustis libris restituta sunt. *Quæro ex te, negas*

Cap. XV.

14.

^{χοινοπλοκον} illum infelicem Ocnon vocatum fuisse?
 Si non negas, quare igitur mutas? Sed ita est. ver-
 sus Iuuenalis reduxit tibi in mentem locum Pro-
 pertij, vt similiter a Propertio obliquo orno, atque
 a Iuuenale obliquo ferro, dictum crederes. Quis
 tantam leuitatem ferat? vbi inuenisti ornum adhi-
 beri complicandis & torquendis funibus? Ego ve-
 ro testor sola manu, nullo adhibito instrumento,
 torqueri posse. Obliquum autem ocnum a poeta
 dictum esse elegantissime, fugit te. Eiusmodi enim
 positu corporis sunt, qui funes torquent, vt a dex-
 tris ad sinistra proclinent, dum in eam partem, qua
 funis torquetur, incumbunt. Vt immerito & ma-
 gna sane inscitia a te factum sit, qui instrumento
 imaginario attribueris, quod ad ^{χοιν} corporis refe-
 rendum erat.

*Titij solæcismi. Titius dixit Ornum genere
 masculino. Ornus, μερία.*

Ibid. **A**VDIAMVS elegantiam verborum: Et fortas-
 15. ^sse ornus præ cæteras arbores expetebatur.
 Ego putarem dicendum esse, præ cæteris arbori-
 bus, nisi me fallit Grammatica mea. Sed ornum
 pro quolibet ligno accipi vis. Et hic quoque im-
 posuit mihi Grammatica mea. Putarem enim, &
 sane contenderem legendum obliqua orno, non
 obliquo, ne iratos habeam manes Prisciani. Sed in
 Etruria fortasse aliam Grammaticam habetis præ
 cæteras gentes. Habete vobis. Ego istam præpo-
 steram Grammaticam non laudo, neque vnquam
 masculino pro fœminino abutar. Multo minus

probo quod ornum, & *μελίαν* diuersa putas. Differunt enim tantum natalibus, non specie. Nam ornum est *ἀγρία μελία*. Columella hoc te docebit. Ergo tanti non erat locus ille Iuuenalis, vt ex sola voce **OBLIQUO** vetustam lectionem Propertij mutares, & Politianum popularem tuum temeritatis atqueres: cum tu potius temerarius sis, qui oscitanter Politianum legeris, & non aduerteris a Politiano hanc correctionem ex vetusto codice, non de opinione adferri. Nam tantum abest, vt Politianus hanc lectionem commentus sit, vt de Ocno illi non potuisse succurrere videatur, nisi vetus lectio de eo quærendi occasionem præbuisset. Cum igitur docueris me obliquo orno Latine dici, tunc ego dicam te leuem, imperitū, & audacē non esse.

Erasmus castigatur.

CASTIGANDVS est etiam *Erasmus*, qui in *Ibid.*
 Prouerbio, Ocni funem torquere, miratur cur *Ibid.*
 ὁ χοινοπλόκος ὄκνος dicendus sit potius, quam Asinus, 16.
 qui fune pascitur. Nam, inquit, Asinus ipse potius piger est, quam ὁ χοινοπλόκος. Atqui verba ipsa Plutarchi, quæ adducit, soluant dubium, cum dicat ὁ π
 ὁ χοινοπλόκος παλίσιν τὸ χοῖνον καταφάγεσθαι. Quod senex ille sinat ab asino funem depasci, neque abigat, ab eo ὄκνος, & piger dicitur. Quem errorem Erasmi si tu prior deprehendisses, ilico caput verbosum patæmiographo exagitando vouisses. Sed audi. Asinus Ocni de te conqueritur, & ad eum grauiter rudentem ita visus sum loqui nescio quem Transalpinum: *Si Titius tollit, qui te bene pauerat, Ocnum, Ergo tuam Titius pascat, Aselle, famem.*

Sphæra ex calamo suspecta.

Cap. XVII. **E**GREGIAM vero laudem, & spolia ampla referens, si docto viro Mycillo corruptum exemplar imposuit, aut, quod magis puto, si ipse καλαμοῦ pro καλάμῳ legit. Nam Sphæra ex calamo quomodo fieri possit, non video.

Καρδοφύλαξ Polybio. Titij inscitia super subligaculis. Campestre. Cinctus. Cinctuti Cethegi.

Cap. XVIII. **S**PONGIAM esse id, quod Polybius vocat καρδοφύλακα, non absurdum videatur. Quare ita vocetur, quærendum. Polybij verba: οἱ μὲν οὖν πολλοὶ πωρολαβόντες χάλκωμα ἀσθαματῶν πάντη πάντως, ὃ πωροσίνθηται, μὲν πωρὸς τὸ σέρον, καλοῦσι τὸ καρδοφύλακα, πλείων ἔχουσι ἢ κατόπισιν. οἱ δὲ ὑπὸ τὰς μωρίας ἡμῶν μὲν δραχμαὶς ἀπὸ τοῦ καρδοφύλακος σὺ τῶν δημοῖς ἀλυσιδωποῖς περιπέθηται δώρεακας. Neque verum est, quod Polybij interpretæ docuit, veteres illos Romanos in subligaculis periclitari solitos. Subligaculi enim nomen in histrionia duntaxat locū habuit: a re militari profus abfuit. Sed iuuentus nuda exercebat in campo Martio, campestri succincta. Horatius: *penula solstitio, campestre nivalibus auris*. Equites vero cincti & exercebant campestribus ludicris, & in acie instructa præliabantur. Polybius: ὃ δὲ κατόπισι μὲν ἵππῳ ὑπὸ τῶν ἡμῶν ἐστὶ πωροπλήσιος τῆς ἡμῶν ἑλληνῶν. τὸ δὲ πελαγὸν πωροπὸν μὲν δώρεακας ἔκρινον, ἀλλ' ἐν περιζώμασι πωροπὸν δὲ μὲν. Id est: Equitum armatura Græcicæ similis. Antiquitus nulla munimenta pectorum habebant, sed cinctuti pugnabant. Hinc Horatius

cinctutos Cethegos dixit, hoc est antiquos, quique illis temporibus extabant, quibus equites cinctuti, & seminudi pugnabant. Quemadmodum Ovidius intonfos auos dixit, hoc est veteres Romanos, qui illis temporibus viuebant, quibus tonfori operam non dabant. Cinctorum exemplum habes in popis sacrificiorum in veteribus marmoribus: quos ab eo succinctos vocant Poetæ. Sic etiam Lupercos nunc cinctutos, nunc succinctos vocant. Manifesto falsus es in illis subligaculis, quæ sunt inuolucra femorum & natiuum. At cinctus infra genu demittebatur. Si rationem deprehendisses, quare cinctutos Cethegos Horatius dixerit, nõ dubium est, quin longissimum caput hinc adornasses.

Mira inscitia Hellenismi. Prosegon verbũ nihili.

OPERÆ PRECIUM est audire te veterum lo- Ibid.
ricam ex Pausania describentem. Dux, inquis, 19.
sunt fibulis iunctæ æneæ laminæ. Earum altera
pectori & ventri: altera dorso munienda erat
apta. & partem quidem anticam Gyalon, Prose-
gon posticam vocabant. Nunc Pausaniam ipsum
audiamus. δύο ἦν χαλκᾶ ποιήματα. τὸ μὲν ἑτέρω κ' ἑπὶ τῆς ἀμ-
φοῖ πῶ γαστέρα ἀρμυζόν. τὸ δ', ὡς γούνα σκέπτην εἶν. γύμνα ἑκα-
λοῦντο. τὸ μὲν ἔμπροσθεν, τὸ δ' ὀπίθεν προσήγον. ἐπειτα ἀφ' ὧν
σωτήριον πρὸς ἀμύλα. Vertemus & nos. Idem enim
ius Artij quod Titij. Duo munimenta ænea erant:
alterum pectori, & ventri conueniebat: altero dor-
sum operiebatur. Gyala vocabant. Hoc anticæ, il-
lud posticæ parti corporis aptabant. Deinde fibu-
læ utrunque inter se connectebant. Vbi est illud
tuum PROSEGON, Roberte Titij? Retrahe fugi-
tium, si potes.

Locus Polybij frustra adductus.

- Ibid. 20. **C**VR locum Polybij de armatura veterum Romanorum equitum adduceres ad locum Liuij explicandum, vel illustrandum, nulla verisimilis caussa erat. Nam Liuij locus est de pedite: Polybij autem de equite.

Imperitia Hellenismi.

- Ibid. 21. **P**AVSANIAΣ *ὀστροκλώστη γὰρ σφισί καὶ λέόντων ὀδόντις ἔπαρθαλέων.* Dentes retundi. Linei thoraces illi non erant ex cote, aut adamante, vt retundere possent dentes leonum, & pantherarum. Volebas dicere, dentium impetum eludi, & debilitari. Erant enim thoraces linei opere lodicis, & culcitæ, & tomento stipati, vt tu vis. Ego enim aliter cenfeo.

Inscitia Hellenismi.

- Ibid. 22. **D**IODORVS: *συνείλε πὰς ἀσπίδας.* Sustulit clypeos. Quid, malum, sustulit clypeos? Quo ergo pugnantes protegebant se? Itane bonus imperator est, qui militis latus nudum ac sine clypeo hosti obijcit? *συνείλε πὰς ἀσπίδας*, Roberte Titi, est, Clypeos in breuiorem modulum contraxit, cum ex illis peltas fecit.

Locus Polybij emendatur. Error Lascaris.

- Ibid. 23. **I**N verbis Polybij decepit Lascarim corrupta lectio, *πτερίνω σφάινω.* Quo factum, vt corollam plumeam adhibeat Galeis militum. quod ita absurdum est, vt confutatione opus non habeat. Scripsit enim Polybius, *πτερίνω π φάλω.* Romano-

tum militum cristæ ex pennis elegantioris auitij, Græcorum ex cauda equina. - *cristaque hirsutus equina*. Tu, vt apparet, Lascaris sequeris, quia melius, quod sequeris, non habebas. Et tamen, si errorem aperuisses, quis beator te fuisset, quis Lascari indoctor?

Titij mira idiotia, & ignorantia. Aliud chlamys, aliud lorica. Bombyx, quid. Gossypium. ἐλεοφόρον δένδρον.

VERBA tua. Lineas chlamydes conficiebant, Ibid.
 easque (vt puto) bombyce, spongia, lana 24.
 minutatim dissecta, aut aliqua huiusmodi materia referciebant, quæ percussa ictum exciperet, ac sustineret, & qua ferri acies retunderetur. Deum immortalem, tuam fidem. Quæ *ἰλιάς* errorum. Chlamys, o Titi, fuisse tibi videtur munimentum pectoris? Quomodo ergo ille in Comœdia ambulando chlamydem vndantem facit? Quomodo ille in Tragœdia: *De curru defilit, chlamyde clupeat brachium*. Quis nescit, Titi, chlamydem thoraci superindui ad ornamentum, & insigne, non ad tutelam corporis? ἐφεσπίδες eiusmodi erant. Galli cottam armorum vocant. Legis duces Romanorum exercituum, consules, prætores, proconsules paludatos exire. Eorum paludamentum est chlamys Græcorum. Si bombyce farciebant thoraces lineos (nam chlamydes vocare flagitium est) quomodo a spongia denominari potuerunt? Quis nescit eo tempore bombycem neque in vsu, neque notam Italis fuisse? Scio enim quid vis. Intelligis enim bambagginem tuam. Sed erras. bombyx est

vermiculus ille, vnde matronæ vestrates, ac nostrates conficiunt sericea sua. Et bombycina sunt lucida illa vestimenta, mollia, ex quibus tomentum illis lineis thoracibus confici solitum imprudenter nimis putasti. At bambaggine illa tua est Gossypium ignotum Italiæ per multa sæcula post illa tempora, quæ describit Liuius. Neque faciam, quod quidam, qui *ελεοφόρον δένδρον*, & Gossypium confundunt. cum Gossypium sit *φρύζανον* tibi, nisi fallor, & Calabris notum. *Ελεοφόρον δένδρον*, vt nomen indicat, est arbor frequentissima in incultis Ægypti, vt sciunt, qui Cairo Hierosolyma iter fecerunt. Quæ percussa ictum exciperet. Imo, Titi, si eiusmodi erat, qualem video te velle, hoc est, *ὡςτε ἐν αὐτῇ ἀναποκλάσθαι τὰς πληγαίς*, nihil peius illi potuit esse, quam si ictus exciperet. Ictus excipiunt, quæ cuspidis intrat. Tu contra vis cuspidem illis eludi, vt sane oportet. Hoc enim fit materie neque ita excipiente ictum, vt sunt mollia, neque ita respuente, vt solent prædura; sed cedente, & eludente, vt tomentacea faciunt, vt ferri acies retunderetur. Iam eum errorem castigauimus. Nam retundere aciem solent silices, cotes, adamantina. Spongia, Gossypium, lana, tomentum, hoc nunquam facient.

Quid sit spongia ad Liuium.

Ibid. **S**I spongia non erat *καρδιοφύλαξ* Polybij, videndum, quare munimentum pectoris spongia vocabatur. Puto, quia gauſapinum, & villosum, hoc est tonsis villis, & densis. Nam spongia tenuiores mensam detergebant, beatiores gauſape. Horatius:

23.

- puer alte cinctus, acernam Gausape purpureo mensam deterfit. Spongiam ergo vocabant, quod & vsum spongiæ præbere posset. Igitur puto thoraces ex eiusmodi gausapijs fieri solitos. Nam & lacernæ fiebant tam muliebres, quam viriles. Ovidius:

Gausapa si sumsit, gausapa sumta proba. Eam autem materiam ictibus resistendis aptam esse manifestum. Hæc est mea sententia. Et sane non multum a vero abludit. Tu longe deteriora dixisti.

Quid sit lineæ thorax, vere declaratur.

DE lineo thorace fugit te ratio. Putas enim lineum fuisse, tomento ex spongia, aut lana minutatim confecta factum. Ego vero peto a te, quare potius lineum, quam ex alia materia? Erras, Titi. Nullum fuit tomentum, nullum opus lodicis, cuiusmodi me puero in usu erant thoraces, quos contrapunctatos vocabant. Iis utebantur, quibus lorica non erat: & satis tutum munimentum erant. Sed narro tibi nullum eiusmodi lineum thoracem veterum fuisse. Non enim lineus thorax a lorica differebat nisi materia; quod illa esset annulis & catenulis æneis conferta, hic autem ex torulis trilicibus, quadrilicibus, aut bilicibus. Tori sunt funiculi ex multis filis torti, qui propterea a numero dicuntur bilices, trilices. Deinde illi tori inter se filis conferebantur, & firmissimum opus præstabant. Regis Amasis lorica linea apud Plinium, cuius meministi, te hoc docere potuerat. Quin etiam in cassium descriptione, quod ille dixit, stamina singula centenis quinquagenis filis constare, is vocat stamina, quæ non toros, Græci *σπῆραι* in

restibus, sed *ἄλλοις* alibi. vnde nomen. fila autem, ex quibus stamina illa, siue tori constabant, etiam licia vocata esse trilices, & bilices loricæ te docuerint. Igitur linei thoraces dicti, non quod ex linteo texto spongia aut alijs tomentis facto conficeretur, sed quod ex tormentis & toris lineis confertum erat. Quis fructus lectori expectandus sit ex tam verboso capite, tute ipse considera.

Locus Plinij a Titio contaminatus. Thyrsus herbarum. Inscitia Titij.

Cap. XIX. **P**LINIVS: *Et necatur cuminum, ab imo dorso nisi repurgetur.* Corrigis; *Ab imo thyrso.* Profecto nescis, quid sit Thyrsus herbæ, & quarum caulis hoc nomen mereat. Asparagi caulis, & similium, vt eius, quam Impiam Plinius vocat, quæ nobis ignota est, vocatur Thyrsus, a bacchantium telo, cui similis est. Fœniculaceorum & ferulaceorum caulis in thyrsum non definit, sed umbellam. Cuminum autem satium habet umbellam quidem, sed non lætam, vt alia fœniculacea. Quare non est, quod vllam gloriam ex hac emendatione speres: quanquam iam exultabas, & *ἑπιτίμιον ποτὶ τὸ κύνος* canebas. Locus autem Plinij planus est ijs sane, qui cuminum norunt. Nam radix cumini dorso modo in superficie terræ porrecta est: Et quia ea radix non alte demittitur, sed *ἐπιπόλαιος* est, propterea repurgari eam oportet, ne fruticet, & caulem cumini enecet. Plane pueriliter errasti, Titi. Nam dorsum hic, vt dixi, est radix ipsa cumini, iacens in terræ superficie, neque in profundum depressa.

Inscitia Titij. Alexander Aphrodisiensis correctus.

ALLEXANDER Aphrodisiensis: *ὃ μὴ ἐφρησκῆται* Cap. XXI.
ἀκριβῶς ταῖς αἰδησίαι παρὰ γῶσιν ἢ οἰκείων. Vertis: 28.
 neque penitus sensibus imminentem, ut quæ ijs
 propria sint, cognoscat. Imo quæ nostra sunt, hoc
 est res nostras, & negotia. Interrogat enim quare
 in aliquem locum profecti, quo necessario vocant
 nos negotia nostra, ad eum cum peruenimus, cum
 præterimus. Hoc enim est *ἀνασκαίως*, quod ipse di-
 cit, nempe ita exigente necessitate, & negotijs no-
 stris. Deinde vltima penitus ignorasti. *ὡσπερ οὖν*
ὄρασις τ' ἴππον ἔχ' ὄρασι, τὰ μὴ εἶναι τ' κρίνουσιν διώραμιν τὰ
αἰδησιὰ. Nam ὄρασι pro ὄρασιμ perperam legitur. Po-
 strema verba desiderant fidem & iudicium tuum,
 cum ita verteris: Neque præsto is est, qui sensibilia
 iudicat. Dic igitur: Perinde igitur ac si locum vi-
 deamus, non videmus, propterea quod non adest
 ea facultas animæ, quæ sensibilia iudicat. Sed totum
 problema, quia non bene conceptum in vulgatis
 libris legitur, apponam ita, ut legendum est. *ὅτι τὸ*
εἰς ἴππον ἢ τὰ ἀπόντες ἀνασκαίως, καταλαβόντες αὐτὸν, ὁμοίως
τοῦδ' ὅτι πολλὰς ἔχουσι πλὴν ψυχὴν παρὰ τὴν παρὰ γῶσιν φρονί-
ζουσιν, κριτικῶς ἐπίσταται τὴν ἐστραμμένην, ὃ μὴ ἐφρησκῆται ἀκρι-
βῶς ταῖς αἰδησίαι παρὰ γῶσιν ἢ οἰκείων. ὡσπερ οὖν ὄρασις τ'
ἴππον ἔχ' ὄρασιμ, τὰ μὴ εἶναι τ' κρίνουσιν τὰ αἰδησιὰ. Vide
 ergo quam bene nos docere institueris, qui rem
 totam pene ignorasti. Porro ad hoc Problema re-
 ferendum illud Horatianum: *Ἔνδρα ὑπὲρ Τερμινὸν*
curis vagor expeditis. Nam expedire curas trans ter-
 minum translatitio dictum a iaculatoribus: ut,

Sæpe trans finem iaculo nobilis expedito. Minus recte ille locus Horatij explicatur a vulgo interpretum de curis ultra terminum expeditis.

Inscitia Hellenismi. multi errores.

Cap. XXII. *Φειξόπερα.* horripilum Tertulliano & alijs. Vnde Galli idem eodem nomine paulo deprauatiore, *Herpeli.* Tu male, crispo capillo. *χιζίας*, ni fallor, a scisis lignis, *χιζας* Græci vocant. Macilentum & ligneum intelligit. *ὑποχροπὸν*, sublatis oculis. pessime. Non intelligo. *χροπὸς λέων* poetarum interdum cæsius Catulliani leonis, interdum rauus Varronis & Horatij. Nam quanquam diuersis ex causis, tamen pro eodem sæpe ponuntur. *μύλας* genuum vertebrae vocare docuit te Romulus Amalæus, infeliciter. Nam in genubus non sunt eæ vertebrae, sed in spina dorsi. Sed omnium pessime, quod Pausaniæ verba mutilasti. Non enim ille discum *πιντάθλυ*, sed *πινδὸς πιντάθλυ* dixit. Quod non leuis momenti est. Non enim cuius disco ea ossa comparat, sed ei, quo puer exercet, non quo adultiores certant in ludicris Olympiæ, aut Nemeæ.

Inscitia Hellenismi.

Cap. XXIII. **I**N versibus Simyli citandis negligēs fuisti. Omisisti enim poetæ nomen. Præterea interpretis, quanquam docti viri, errorem secutus es. *κριτὴν τὸ ῥηθὲν δεινὰ μὲρον στωαρπίασαι.* Iudicium, quod dicta statim arripiat. Atqui non *κρίσιν* sed *κριτὴν* dixit. Pessime illud ille, & tu illum secutus: *ἔπ' ὃ παρελαβὲν χρογίαν.* Adhuc desiderantur sumptus. Imo nihil tale. Sed, copia, & apparatus opus est. Quem obsecro

apparatum intelligit? ἔρωτα, μελέτω, κερὸν, βύφω ἔρω-
 rov. Hæc nos condonamus Gesnero grauioribus oc-
 cupato. In te, qui omnia λεπτολογίς, hoc dissimula-
 re religio est. Nam quot errores, tot capita Con-
 trouerforum hinc confecisses, si prior occupasses
 hæc animaduertere.

Peruicax inscitia Titij. Locus Ciceronis.

Victorij emendatio confirmata.

PROH Deum, atque hominum fidem, quis erit Cap. XXV.
 modus contradicendi? Si negare sufficit, vicisti. 31.
 Si ratio iudicat, οἰμωξον μακράν. Tu Ciceronis lo-
 cum negas a mendo vacare? Tunc hoc negas? Au-
 diamus verba eius ex Cæsariana pro M. Marello:
 Huius autem rei tu idem es & dux & comes: quæqui-
 dem tanta est, vt trophæis monumentisque tuis nulla vn-
 quam sit allatura finem ætas. Nihil enim est opere, aut
 manu factum, quod aliquando non conficiat, & consu-
 mat vetustas. At vero hæc tua inscitia & lenitas animi
 florescet quotidie magis ac magis: ita vt quantum ope-
 ribus tuis diuturnitas detrahat, tantum adferat laudibus.
 Perspicue Cicero innuit moniméta Cæsaris quan-
 tumuis magna & operosa, quia tamen manibus
 hominum facta, peritura tandem: Lenitatem ve-
 ro animi, qua se ipse vicit, nullo tempore interitu-
 ram. sed illi tantum accessurum, quantum operi-
 bus & monumentis eius diuturnitate decedet. Le-
 gendum igitur, *Nulla nunquam sit allatura finem æ-
 tas, non autem, nulla vnquam, vt vulgo editur. Qua-
 re obmutesce.*

Ἀλογία Τίτι.

Ibid. **V**ERBA Titij. Verba hæc recte se habent, sui-
 que auctoris mentem commodissime expri-
 32. munt. Neque enim illic trophæa, & monumenta,
 " pro constructionibus lapideis accipi debent, sed
 " pro ipsis victorijs, & præclare gestis. Fiat quod vis.
 " Ergo ita dixit Cicero: Quia pepercisti M. Marcel-
 lo, C. Cæsar, & te ipse vicisti, tanta est huius leni-
 tatis tuæ gloria, vt tuæ victoriæ, & bellicæ res ge-
 stæ nunquam interiturae sint. Placet, Titi? Et tu
 verabis non ridere? Quid lenitati Cæsaris cum de-
 uicta Gallia? Non vides te cæcum studio contra-
 dicendi nihil efficere posse? Pro istis factis tuis ego
 tibi meliorem mentem in literis, æquiores ani-
 mum in Petrum Victorium opto. Non addo quæ
 & perperam & inepte in Isocratis testimonijs ver-
 tisti. Nam iandudum expecto aliquem *Σκὸν διτὸ μὴ*
χαῖνς, qui me hinc eripiat. Itaque vale.

EX LIBRO III.

Errores.

Cap. I. **M**IRVM est Robortelio te aduersari, qui tamen
 I. fuit simillimus tui, homo omnium virtutum,
 quas in se non habebat, in alijs insectator. Itaque
 non miror, si interpretationem Aretini oscitanter
 legerat. mirarer potius, siquid illi feliciter excidif-
 set. At neque satis bona fide popularis tuus Are-
 tinus *λεπτοργίαν* tributum eo loco vertit. *λεπτοργίαι* enim
 sunt munia publica, vt Athenis *τεμεσάρχῆς*, & simi-

lia. sunt enim ministeria & functiones publicæ, quas obire lege & iure tenebantur. Apud Synefium autem *λητορία* est verbum Christianum, neque hic locum habet. Apud eundem Synefium *λητορὸν* vertisti. In quo tu plane verborum tortor & contortor fuisti.

Dubitatur super castigatione Titij.

QVID dicam nescio. Tanarum fluvium novimus, & vidimus Alexandria Ligorū transeuntes. Sed neque adeo frigidus est tractus illius cæli ad confluentes Tanari & Padi, ut totam hiemem concreta stupeant illa duo flumina, quod tamen testatur Ælianus: neque illi regioni satis congruere videtur quod idem Ælianus subiicit, se ut ea scriberet, commonefactum fuisse versibus amici sui poetæ Mitylenæi. Hoc potius cælo longe frigidiori, quam Italia est, accidere videtur, & illis tractibus, ubi essent coloniæ Mitylenæorum. Sed neque assentior, neque reluctor.

Cap. III.
2.

Titius quisquiliarum consecrator. Eius imperitia Hellenismi.

ET contumeliosus, & imperitus es. Egone ut non cohibeam istam petulantiam tuam? Quanta illa tua est victoria, si Willichius interpretatus est solidum non bifidum? Negas hoc ita esse? At, inquis, hoc non sentiebat Virgilius. Et hoc & amplius sensit. In verbis Xenophontis non caste vertis *δοκιμαζην* explorare. Probare melius vertisses. Sed *διεφύρουσαν εις διπποδίαν* imperitissime, Longe differt a tenui. *διεφύρου* hic est, pollere, excellere, o Cri-

Cap. IIII.
3.

tice? κοίλην ὄπλην arduam vocare quis te docuit? An ita ardua, vt ad eam scalis ascensus esset? Missum fac istum bonum Willichium. Hac Gorgone ille te totum saxeum efficiet. χελιδῶν non est concauitas vngulæ ne ὄναρ quidem. sed est, qui ranunculus vocatur Vegetio. Deme soleam equo. præsto occurrit χελιδῶν. Nomen a similitudine duarum animalium valde diuersorum, ranunculi, & hirundinis. Vtrunque enim apprime refert. Vult igitur Xenophon ranunculum longe a terra extare. quod non accidit, nisi vngulis alte extantibus, & eminulis. quæ sunt argumenta manifestæ κοιλότητος, quæ in vngula præstantis equi requiritur.

Locus Liuij contaminatus a Titio.

Cap. VI.

4.

L I V I V S : Id (æs alienum) cumulatam vsuris primo se agro paterno auitoque exuisse, deinde fortunis alijs : postremo velut tabem peruenisse ad corpus. ductum se a creditore non in seruitutem, sed in ergastulum & carnificinam esse. Qui alios innouatores vocas, vide ne hoc iustius in te competat. Nodum enim in scirpo quæris, & in his verbis Liuianis hariolaris legendum esse, peruenisse ad cor. Ego iubeo te euigilare. Ille nexus Liuianus sentit pestem illam æris alieni primo orsam ab auitis prædijs ad domum paternam, ab ea, ad fortunas suas, a quibus denique ad corpus suum tandem peruenisse. amissis enim bonis corpus ipsum in seruitutem & ergastulum ductum. Omne enim serpens malum, & omnem perniciem sensim gliscentem, pestem & tabem vocant scriptores. Hinc Virgilius ignem pestem vocat. Non obscure loquitur. Quomodo.

gradatim in omnia sua debacchata tabes tandem se in corpus penetrarit, diserte dicit. Non igitur temeranda a te erat Liuij lectio, quæ nihil obscuritatis habet. Sed inscitix tuæ etiam Sol ipse caligat.

Dubitatum super proserbio Græco. Titij ineptiæ.

SI tua scripta nihil aliud docent nos, ea tamen nos Cap. VII.
 Smediocre incentium eruit ad audaciam tuam 5.
 cohibendam. A Chiliadum auctore (Erasmum nominare religio est) ais male explicari, ἐν μέλιτι σαυτὸν καταπάτησεν. Quod ab vno Diogeniano tantum relatum est, idque ita obscure, vt dubitem eius prouerbij verum sensum ignorasse, an nobis inuidisse videatur. Equidem quid sit μέλιτι καταπάτησεν scio. ἐν μέλιτι καταπάτησεν, quid sit, nescio. Si tu scis, doce, & eris mihi magnus Apollo. Quare in tantis tenebris quid tu præter alios videre amplius potueris, non queo comminisci. Sed ita est. Legebam apud Antonium Liberalem fabellam, quæ paxillum ad hanc rem alludere visa est. Eam fabellam perire noluisti. Itaque quærenti locum apud scriptores veteres, cui eam accommodares, opportunior hoc prouerbio nullus visusest. Quam bene autem accommodaris, eruditi iudicanto.

Titij hallucinatio, ἢ ἀλογισία.

QVOD in superiore prouerbio legēs Antonium Cap. IX.
 Liberalem fecisti, idem legens Suidam, in alio 6.
 loco facis. Apud Suidam igitur inuenisti de Epicuro dictum nescio quid perleue & nugatorium. Id quomodo nobis communicares, nullam aliam viam reperisti, quam si in locum quendam apud

Lucretium incidere posses, in quem eam historiam obtorto collo intruderet. Lucretium in manus sumpsisti. non verebaris apud Lucretium de futuram mentionem Epicuri. peruolutasti. Post tot labores exhaustos incidisti in hos versus:

E tenebris tantis tam clarum ostendere lumen

Qui primus potuisti, illustrans commoda vitæ,

Te sequor, o Craius gentis decus - Cum autem a-

apud Suidam nescio quis auersus a secta Epicuri cum alia in eum declamet, tunc etiam dicat eum, cum adhuc puer esset, oculis rectis Solem intueri non potuisse: ais Lucretium hanc historiam illis versibus tangere, & calumniam illius declamatoris ab Epicuro amoliri, si dicat eum ostendisse lumen generi humano, & illustrasse commoda vitæ. Rideam, an stomacher, nescio. Declamator ait apud Suidam, Epicurum imbecillis oculis fuisse, & radios solis intueri non potuisse. Lucretius autem ait eum ex arce sapientiæ, & pharo philosophiæ lumen extulisse humano generi in pelago ignorantia iactabundo, & incertis ventis nocte in tempesta vela danti. Quid est commune cani cum balneo? quid imbecillis oculis, cum pharo? quid tollenti *πρόσωπ* aut lampada ex turre nocte in tempesta, cum oculis Solem auersantibus claro meridie? Parum putas, quod te per totos priores duos libros bacchantem pertulimus, nisi etiam vitro insanientem experiamur? Quod si tantus pruritus huius loci te incesserat, saltem illos versus ex libro primo citasses:

Primum Craius homo mortalis tollere contra

Est oculos ausus, primisque obsistere contra.

Sane quanquam nihil ad historiam aut declamationem Suidæ faciunt, tamen non longe ab eo, quod volebas, ablusisses. Nam hic attollere oculos contra, est ἀντὸφθαλμίῃν. cum tamen ille declamator neget Epicurum τῷ ἡλίῳ ἀντοφθαλμίῃν, & hunc versiculum ἀνώτυμον, qui extat apud Galenum, vsurpare potuisse: αἰγάζω πρὸς ὄλυμπον ἀτρεθήτισι πρεσσωπύς.

Ausonij locus a Titio deprauatus.

APAGE in malum exitium correctiones tuas. Cap. XI.
 Hinc tenus Europam apud Ausonium recte 7.
 haber. Noli sedibus suis sollicitare. Dicit enim Constantinopolim profectum fuisse. Constantinopolis vero est finis Europæ. neque tu negas. Tenus Europam venire, est ad fines Europæ peruenire. At Euripus Hellepontiacus tridui iter Constantinopoli abest. Vides quam tuto coniecturis tuis creditur. Quid tibi vero vis, cum mones nos, editionem Ausonianam Carpini auctam esse appendice, quæ in superioribus desideretur? Sane doctos doces. Id enim lippis notum, & tonsoribus. Eliæ Vineti & Iosephi Scaligeri editiones vidisti. Quid opus est Carpini meminisse? Quid vllius appendicis?

Plagiarius.

VICTITARE forbilo quid esset, alij ante te docuerunt. item de ostreato tergo. Neque erat, Cap. XIII.
 cur tantopere in re tam clara laborares. 8.

Calumniator. πείρητος.

TVAM expositionem quis sanus ferat, qui semel eam viderit; quam tu exagitas, Iosephi Ca. XIII.
9.

Scaligeri? Oro te, quæ cognatio est pueri cum pōtu? Ego totum istud caput tuum vna litura emendandum censeo. Nam tantum *κορυβαλισμὸν* tuum confutare, quid aliud fuerit, quam cum ratione insanire? Quam multa in eo deblaterasti? quantum bonarum horarum perdidisti? Vapula nugator.

Titij inscitia.

Cap. XV. **M**είωπας quos voces, videristu. Corruptus enim est Nonij codex. Siquid Græce scisses, in hac lectione tam luscitiosus nō fuisses, & *μύωπας* legendum esse vidisses. quāuis Plinius lib. XXVIII. *νυκτάλωπας* a Græcis dici Luscitiosos scribit. Sed Gellius libro IIII, cap. II, *μύωπας* Latine Luscitiosos dici scribit.

Titij inscitia. Calumniosa obtrectatio.

Cap. XVI. **N**IMIVM æstuas in re nihili. Nam vt omnem lapidem moueas, nunquam efficies, vt læta cupressus sit, quomodo læta segetes. Plinius de cupressu: *natu morosa, materie rara, vt pote fruticosi generis.* An læta tibi videtur, quæ huiusmodi sit? quod autem ais, *ράδινην κυπάρισσον* non dictam esse, quod lenta, non miror ab homine totius Hellenismi ignaro dictum: *ράδινην* semper poetæ intelligunt procerum cum flexibilitate, hoc est *λιγυρόν*. vt *ράδινη ἰμάδιη* Homero, est *λιγυρά*, & *ράδινην ἐπιμάξατο χεῖρα*, hoc est *γαμπήν*, vt Horatio cerea brachia, quæ lenta alius poeta dixit: *εὐ mollia crura reponunt.* Quare iam primum sentis nunquam magis te ridiculum esse, quam cum alios paratus es reprehendere. Hoc satis puto tibi constare, si quid frontis habes.

Tirocinium Titij in rebus vulgaribus.

TRITISSIMA quæque tibi noua sunt. Inno- Cap. XVII
 minati auctoris versum vocas, qui est Aufonij. 12.
 Nam ἀδύατος est illud:

Vngues Mercurio, barbam Ioue, Cypride crines.

In illum versiculum ἀδύατος, confecit epigramma suum Aufonius, vt confutaret. Sed tibi prius & antiquius est pronunciaré, quam cogitare.

Vinetus a calumnia defenditur.

MA VORS imberbes, & caluos, Luna, adamasti. Ibid.
 Improbas sententiam Eliæ Vineti, qui de En- 13.
 dymione dictum censet. Cur hæc senis eruditi
 sententia tibi displiceat, tutum erat dicere. Quauis
 Lunam Poetæ fabulentur a Ioue impetrasse, vt En-
 dymion perpetuo dormiret, & ἀδαίατος esset, tamé,
 quia perpetuo dormit, necesse est in eo somno
 infenescere, & canescere, atque caluescere. Pro-
 pterea caluum Endymionem a Luna deamatum
 esse. Sic etiam de Epimenide Crete scribunt Græ-
 ci, cum τῷ ὕπνῳ ἐψηροῦσαι.

Titij mira hallucinatio, ἰδιωπία, ἀλογισία, ἀσυλλογισία.

REMITTIS Vinetum ad veras narrationes Lu- Ibid.
 ciani. In illis dicitur, qui in orbe Lunæ habi- 14.
 tant, caluos esse. Hinc enthymema crispum tor-
 ques. Qui in orbe Lunæ habitant, calui sunt: ergo
 caluos Luna deperijt. Atqui, o Dialectice, tua in-
 tererat meminisse apud Lucianum fabulatorem,
 Lunam non iam pro Dea, vt apud Poetas, poni,
 sed pro mundo alio, aliaque habitatione, atque

in ea caluos magno in honore esse. Quid igitur fiet, si hinc concludis caluos a Luna adamos? Perinde erit ac si dicas, Gallos a Gallia amari, Italos a terra Italia, habitatores ab habitatione sua. Præterea non aduertisti Lucianum auctorem harum fabularum fingere in orbe Lunæ omnia contraria ijs, quæ in hoc nostro sunt. Nam & ibi caluos pueris comatis præferri, cum hic contra fiat. Præterea omnia illa nostris contraria: ἢ μὴν ἀπὸ ἑρῆς, ἢ δὲ ἀφ' οὐδὲν, ἢ δὲ παρ' ἡδου ἢ ἀπ' ἡμῶς. Hæc ne putas quicquam facere ad sententiam tuam? Strenue hic nugator fuisti.

Titij ἀσυλλογία.

Ibid. **A**IS caluos a Synesio *σελήνια* vocatos. Aliud enthymema. Calui vocantur *σελήνια*. ergo caluos
15. *σελήνη* amavit. Negas te ita argumētari? Atqui non calumniatur. Aliud argumentum subiungis: Luna splendet, calui splendent. Ergo, Quid hinc concludas non potui diuinare. Itaque tu ipse doce nos. Nam tamen si Luna & caluariæ *φάλακρας* splendent, non tamen hinc colliges caluos a Luna adamos esse, non magis quam si dicas ab æluris aurum amari, quia aurum, & ælurorum oculi micant. Legant ergo hoc caput eruditi lectores, ut de acumine tuo iudicent.

Titij æstuantia.

Ibid. **C**VR adeo æstues, ut ostendas caluorum caluariam splendidam dici, nulla causa erat. Nam
16. *ξίλαπτοι* calui dicuntur, hoc est splendidi, nitentes. Ita vocat & Silenos, quia & ipsi calui, ut præter alios, habes apud Silium.

Titij inscitia.

Petronij versus. *Quod solum formæ decus est, cecid- Ibid
dere capilli.* 17.

Vernantesque comas tristis abegit hiems.

Nunc umbra nudata sua iam tempora moerent.

Areaque attritis ridet adusta pilis. Quauis

tota hac periocha caluos vocat Petronius, qui tantum rasi erant, & promiscue poetæ raso pro caluo, & vicissim vtuntur: tamen ralus non potest esse *σιληνός*, sed is duntaxat, quia natura caluus sit. Quare non erat, vt Turnebo hac de caussa insultares. Neque enim ridere in Petronij epigrammate est nitere, vt apud Horatium: *Ridet argento domus: quod tu nobis persuadere conaris. sed potius Græcorum σσηρέναι.* quo verbo vtuntur pro denudatione. Quod verissimum est. Et tamen *σσηρέναι* proprie est rictum diducere.

Titij ἀνοησία & incredibilis stupor, & ἀσυνλογισία.

INTER opera Aufonij Vinetus edidit anonymi Cap. XXI.
poetæ Terrasticha de Mensium pictura. Ea longe 18.
correctiora antea ediderat Iosephus Scaliger in libro secundo Catalectorum suorum. Tu putasti Aufonium eorum auctorem, quæ tua est Critice. Ex illis itaque adfers versiculum de pictura Nouembris. *Deuotusque satis vbera fert humeris.* Verba tua: *Vbera quæ gestat in humeris. Nouember in* "
Aufonij Tetrasticho de mensibus, neque sunt se- "
mina in faccis reposita, & in agricolarum dorso "
coniecta, neque ad Isidis mamillas referri debent. "
Quis sanus, Roberte Titi, femina in faccis reposita,

vbera vocauerit? Sed egregie ista vbera interpreta-
ris. Pro fimo enim accipi scribis. Quare? quia vber
glebæ dicitur. Argumentum Titianum: Vber gle-
bæ Latine dicitur. Ergo Vber est fimus, Ni ita ar-
gumenteris, niue hæc ita fere in libro tuo scripta
sint, ego paratus sum vicem tuam vapulare. Atqui,
Titi, vber terræ est terra fœcunda. Vnde Apuleio
prouerbiū: *Vbi vber, ibi tuber.* Quæ autem fœ-
cundant terram, non ideo dicenda sunt Vbera. Ne-
que mehertule consequens est.

Explicatur versiculus de pictura Nouembris.

Anser dicatus Isidi.

Ibid. **S**I Catalecta Iosephi Scaligeri diligenter inspexif-
ses, in illis eum versiculum, quem produxisti;
19. longe aliter conceptum vidisses. *Deuotusque satis
incola Memphidijs.* Extant in multis membranis
exarata calamo ea Tetrasticha. in quibus ita sem-
per legitur. Anser, de quo proxime præcedēte ver-
sū loquebatur, dicitur incola deuotus satis Mem-
phidijs, quia ἀνὲς & liber, atque facer Isidi ales ille
pascebatur in segetibus Niloticis. Vnde illi Deæ
victima. Ouidius:

Nec defensa iuuant Capitolia, quominus anser

Det iecur in lances, Inachi lauta, tuas. I, ergo,
& alijs iacta tua illa vbera, & fimum tuum, quos
dignos eiusmodi epulis censueris.

Qui Aristotelis ἐγκλίων libri.

Cap. XXII. **A**RISTOTELES ἐγκλίων libros duos scripserat,
20. Auctore Laertio: hoc est, vt ego iudico, atque
vt

vt omnino verum est, ἢ ἑλικκλίς παιδείας. Si qui aliter interpretantur, plane sunt πάσις ἑλικκλίς παιδείας ἄπφοι. Vnum Thomam Aquinatem excipio. cui non tam attribuenda est eius rei ignoratio, quam infelici eius sæculo.

Ilias errorum Titij. ἀντισρέφοντα, & ἀντίσροφα, diuersa. barbarissimi Titij. Martialis locus illustratur.

MVLTIS modis reprehendendus es. *Αντίσροφα*, Ibid. & *ἀντισρέφοις* versus iterū iterumque oggeris. 21. Quod verbi quid sit, nescio. Non enim Græcum est. Quod *ἀντίσροφα* & *ἀντισρέφοντα* eadem esse iudicaris, mirum quantum ratio te fugiat. Ratio in se recurrens, est vnus rei. Quomodo enim in se recurrens, si non est vna res tantum? Eiusmodi est argumentum in se recurrens in libris Analyticorum, & libro quinto Gellij. Hoc est *ἀντισρέφων λόγος*. At mutua e regione. ἢ ἄρα & respondentia, duarum rerum est. Quomodo enim mutua, ἔτι ἄρα & si non est duarum rerum? Hæc dicitur ratio *ἀντίσροφος*. Ab ea mente Aristoteli *ῥηθελικὸν* dicitur *ἀντίσροφος τῆ δ' ἑλικκλίης*. His ita animaduersis, Distichon in se recurrens & *ἀντισρέφον* erit illud:

Præcipiti modo quod decurrit tramite flumen,

Tempore consumptum iam cito deficiet.

Non sunt duo *ἀντισρέφοντα* disticha. sed vnum tantummodo in se recurrens. Duo autem versus e regione sibi inuicem respondentes, ij sunt *ἀντίσροφοι*. Eiusmodi sunt Sotadeus iste, *Messē area, classes mare, celum tenet astra.* Et Heroicus iste, *Astra tenet celum, mare classes, area messē.* Duæ enim res & di-

uersæ, Heroicus versus, & Sotadeus. Qui igitur Sotadeos ἀντιστρέφοντας vocant, errant, & tu quoque erras, qui illos sequeris: cum Sotadeus in se non recurrat, sed retro respondeat Heroico. quo nomine Martialis dixit: *Nec retro lego Sotaden cinædum.* Hoc est: Nec compono versus, qui procurrunt heroico carmine in laudem alicuius, & recurrunt Sotadeo in vituperium eiusdem. Qui locus Martialis hæctenus vulgo Grammaticorum obstructus est: nèque ad illum penetrare potuerunt. Atque adeo declaratio huius loci Martialis poterat implere caput vnum Controuersorum tuorum, si tu id diuinasses.

Versus καρκίνοι.

Ibid. 22. **SCIT** illud, *Roma tibi subito motibus ibit amor,* non esse ἀντιστρέφον. Longe enim dissimilior ratio. sed καρκίνος dicitur a Græcis, cuiusmodi est ille Heroicus: ἀμύσας ἀρδην ὀροφθεῖρον ἠδρασα σῆμα. Αντιστρέφοντα sunt illa:

οἰδιπόδης καίσις ἦν τέλειον, ἔμπειρε πῶσις
 γινέτο, ἢ παλάμηκ ἦν τυφλὸς ὄκ σπετίρης.

Sed incipiendum a præpositione ὄκ. Item illud:

Πηνελόπτη, πῶδε σοὶ φάρος, ἔχλαίνας ὀδυαπύς
 ἠνεγκει, ὀλιχίν' ἔκασίνας ἀτρεπῶν. Mistum autem

illud est ὄκ τῷ ἀντιστρέφοντι. ἔκ ἀντιστρέφοντος λόγῳ
sacrum pingue dabo, nec macrum sacrificabo.

sacrificabo macrum, nec dabo pingue sacrum.

Nam diuersa sunt genera Pentametrum, & Heroicum. Proinde ἀντιστρέφον est pentametrum τῆς ἠρώω, & contra, & recurrit sententia. quare hac parte ἀντιστρέφοντα sunt. At in illo:

Crudelis mater magis, an puer improbus ille?

Improbus ille puer: crudelis tu quoque, mater.

Conuertitur sententia, & recurrit. Quare ἀντιστρέφου distichon est. Heroicus autem heroico ἀντίστοχος est, quanquam vna vocula tantum variat.

Mira Titij ἀγογία.

Ibid.

NON sufficimus tot erroribus tuis. Scribis aliud 23.
genus ἀντιστρέφοντων (memineris te ἀντιστρέφον
inepto barbarismo dicere) inueniri, in quo si quis
rectam verborum seriem immutet, ac quod vlti-
mum in ordine antea erat, primum efficiat, con-
trarium effecerit. In exemplum adducis illud
(Philelphi est, si nescis)

*Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia rerum,
scandere te fecit hoc decus eximium.* Quid, ob-
secro te, in hoc vides, quod ab illo Apollinaris di-
uersum sit? An non recta verborum series in hoc
Sidonij conuerti potest, & quod vltimum in or-
dine antea erat, primum effici? Quid ergo vis tibi?
Ostende quo differunt. Contrariam in conuersio-
ne efficiunt sententiam, inquis. Hoccine constituit
diuersum genus distichi Philelphiani a disticho
Sidoniano? Tantum est acumen iudicij tui? *Ἐναντί-
ως* sententiæ, o Titi, sit, quoties disiunctiuam negato-
ria ponitur in vno disticho antistrephonte. Quia
si ea ponitur, exempli gratia, in hexametro p̄ocur-
rente, ea mutat ordinem in pentametro recurren-
te, & ad aliud comma pertinet. Vnde allam, imo
contrariam sententiam efficit. Experiamur in Si-
doniano disticho, leui immutatione.

Deficiet cito, nec succrescet tempore flumen,

Tramite decurrit quod modo præcipiti. Ait manifeste fore, ut flumē decrescat. Conuette. contrarium dicit: & magis magisque auctū iri cōtendet.

Præcipiti modo quod decurrit tramite flumen,

Tempore succrescet, nec cito deficiet. Duo verba sunt, Deficiet, & Succrescet. In hexametro procurrente *ὑποφαλκὸν τῷ* Succrescet fit *ὑποφαπκὸν τῷ* Deficiet in recurrete pētametro: Hæc est caussa *ἀναλῶ-
πιος*, vna syllaba immutemus Distichō Angelij tui.

Latitias ego tunc magnas iam sentio: nec mi

Liquida vox sensus, & sonus exhilarat.

Contrarium efficies conuersione.

Exhilarat sonus, & sensus vox liquida mi: nec

sentio iam magnas tum mihi letitias. Negatiua

igitur commutans verba, commutat orationem ipsam, & fit, ut quæ erat *καταφαπκὴ*, sit *ὑποφαπκὴ*. Nunc fateberis contrariam sententiam fieri, vbi disiunctiua negans sit, nec tamen idēo mutari naturam *ἀνῆσθηφότων*.

Titij imperitia Hellenismi. *βυσροφιδὸν γράφει.*

Pausaniæ locus emendatur.

Ibid. 24. **C**ONCOQUERE non possum Hellenismum tuum. Putas *βυσροφιδὸν* nomen esse, & declinari, *βυσροφιδόν, βυσροφιδου*. Dignus sane error scutica, non in te, quem Græci sermonis excusat inciticia, sed in eo, qui aliquid olei in Græcis studijs consumpserit. Quodnam est genus illud simile recurrentibus versibus, de quibus paulo ante disputauimus? Ex Pausania ipso sciscitemur: *ἡ δὲ ἐπὶ τῆς ἀφρακῆς*

ὅτι ζαμμάτων ἐπισημασι τοῖς ἀρχαίοις ζα-
 ζαμμάτων, καὶ τὰ μὲν εἰς δεξιὰ αὐτῶν ἐχθ. ζαμμάτων ἢ ἄλλα τῶν ζαμ-
 μάτων βυροφιδὸν καλεῖσιν Ἕλληνες. τὸ δ' ἐστὶ τοιοῦτόν ἐστι τῶ π-
 ρατοῦ τῶ ἐπισημασι τῶν ἐπισημασι τῶν δευτέρων, ὡς περ ἐν διαύκω
 δρόμω. Sed prius, quam inscitia tuam pulsamus, e-
 mēdemus locū Pausaniae. Mendosa sunt, ζαμμάτων
 τοῖς ἀρχαίοις. Lege: ζαμμάτων εἰς τοῖς ἀρχαίοις. Perspicue
 vera emendatio. Deinde: καὶ τὰ μὲν εἰς δεξιὰ αὐτῶν ἐχθ
 σχήματα. καὶ ἢ ἄλλα τῶν ζαμμάτων, &c. Hic de versibus
 poeticis nulla mentio, sed de versibus & lineis scri-
 pturae. In urna enim illa Hexametrum scriptum
 erat more, quo nos scribimus: hoc est, a sinistra
 ad dexteram. Pentametrum autem scriptum erat
 more Hebraeorum, a dextera ad sinistram: quo-
 modo boues actus suos peragunt in arato. Eam
 descriptionem Pausanias dicit esse βυροφιδὸν ζαμμάτων, &
 ζαμμάτων βυροφιδὸν. Hesychius: βυροφιδὸν. ἕτως ἕχρον
 ἐπὶ τῶν ὁμοίων τοῖς ἀροτραίοις βυροφιδὸν ἀνδροφιδὸν πηρὶ τῶν ἕχρον
 ἢ ὅτι τῶν ζαμμάτων τῶν τῶν τῶν. Itaque βυροφιδὸν est ad-
 uerbium, mi homo, non nomen. Sic chorus in sce-
 na βυροφιδὸν & ἀνδροφιδὸν suas peragebat.

Titij inscitia.

TAM lepidæ fabulæ, quam toto hoc capite tan- Ibid.
 quam in Theatro egisti, catastrophen similem 25.
 esse oportebat. Ais, quærendum esse, an verisimile
 sit, Aristotelem hæc scitamenta consecratum esse
 in philosophiæ decretis posteritati prodendis. Hoc
 quanquam improbas, dubitationem tamen tuam
 prodis. Nescis enim ἐκ κωκλίου illos libros fuisse τῶν ἐν
 κώκλω παιδείας, & illis orbem totius humanitatis
 complexum Aristotelem fuisse. De Martialis loco,

quem pessime ad versus ἀντιγράφοις torques, supra satisfecimus.

Titij λεπτολογία ιδιωτική.

Cap. XXIII.

26.

NVLLO negotio ex scriptis tuis colligitur ingenium tuum pituita obrutum, crassum, & nullo iudicio præditum. Hanc coniecturam abunde supeditat hoc caput. Quæris quare Horatius agros hispidos vocet. Atqui non simpliciter hispidos, sed pluvia hispidos intelligit. Non tibi videntur satis horridi, si tempestas pluvia, hispida & horrida? Sic alibi: *Horrida tempestas cælum contraxit & imbres.* Tantum abest, ut poeta segetes spicis horrere intelligat, quod non accidit, nisi ætate: ut potius de pluvijs hibernis agat, quo tempore nullæ spicæ in agris. Vides infantiam tuam. Horridos agros pluvia, & faciem agrorum hieme deformem intelligit, o Titi. Desine tandem nugarum. Nemo est, qui interpretationem tuam non irrideat, tam Hercule, quam quod ais, veteres cum spicis suis fruges in granaria condere solitos. Hoc subitis imbribus in Nebulario fiebat, non aliter. At in locis Galliæ Septentrionalibus, a Pictonibus ad Oceanum, & alias frigidiores regiones, hieme sub tecto triturae dant operam rustici, quia Augusto messis tempus vix tandem est in illis tractibus. In superiore Aquitania, Tectosagibus, Prouincia, Hispania, & Italia, Sole sub ardenti tostas terit area fruges.

Imperitia Hellenismi. Clemens Alexandrinus emendatur.

Ca. XXIII.

n. 27.

Disce Græce antequam doceas. ἢ Σέλευκος ἐπεχάρειτο τῆ γλυφῆ: Quam insculpebat Seleucus.

Pessime. Dic: Quam in sigillo sculptam habebat.
 καὶ ἀλιθίων τις ἦ. Si sit piscans aliquis. Imo, Si sit pi-
 scator aliquis. Nam & aliquis piscatur, qui non est
 piscator. At hic intelligitur, Si quis piscaturam fa-
 cit. πολλοὶ δ' ἦν ἀκολάστον γυμνωιδίους ἔχουσι τοὺς ἑρωιδίους.
 Multi autem libidinosi nudatos habent eos, quos
 amant. Condoneo tibi hunc errorem. Nesciebas
 enim pro γυμνωιδίους legendum γυμνωιδίους: Puer-
 os deamatos in sculptos habent. ἦν ἑρωικῶν παθημα-
 τῶν. Affectionis amoris. Barbare.

Martialis correctus. Digitabulum.

IN versiculo Martiali vulgatum errorem & Ibid.
 mendum retinuiſti. *Dactylothecam non habet.* 28.
 Dactylothecæ sunt, quæ Varro digitabula vocat in
 olea legenda. At quid illis cum anulis? Præterea
 claudicat versus. Sed tibi non licet esse tam diser-
 to. Lege igitur: *Dactyliothecam non habet* Sex aut
 septem capita Controverſorum confecisses ex his
 erratis, quæ in hoc vnico capite persecuti sumus.

EX LIBRO IIII.

Locus Propertij mendosus. Titij pernicious.

PROPERTIUS: *Quod non infames exercet corpore* Cap. I.
laudes. Durum visum est doctis viris genus lo- I.
 quendi, exercere laudes corpore. Quare suspicati
 sunt legendum esse ludos, non laudes. In quo sane
 & me adstipulantem habeant. Tu vis laudem esse
 ἦν μέσων. quod sane non solum falsum, sed ridicu-
 lum. Nam hoc modo omnia nomina erunt μέσων.

Virtus ipsa pro vitio accipietur : quia dicam, Sybaritis virtus erat luxui dare operam. Minime, minime, Titi. τὰ μέσσα admittunt bonum & malum. Bona, mala valerudo. Bonus, malus dolus. Bona, mala virtus non dicitur. Imo si vulgatam lectionem Propertij admittimus, videbimus duo absurda consequi. Alterum, laudem esse semper pro vituperio. Miramur palæstram tuam, o Sparta : quia puella exercet corpore laudem, quæ non est infamis. Ergo exceptio illa, nō infamis, ostendit LAUDEM alias pro vituperio & infami nomine semper poni. Nam si non est infamis ea laus Lacedæmone, sequitur alibi laudem esse infamem. Alterum absurdum est, quod contradices tibi. neque laus erit ἢ μίσην, ut iam diximus, sed semper significabit infamiam, nisi Lacedæmone. Sed Propertius, inquis, dixit, exercet corpore laudes non infames. Si sunt laudes, non sunt infames. Nonne vides epitheton, NON INFAMES, esse idem, quod laudabiles? Ergo laudes non infames, sunt laudes laudabiles. Nullum sophisma adhibemus. Res ipsa loquitur. Nam dum putas alios cæcutire, tu ipse τυφλότερος λέβητος deprehensus es. Satin ostendimus LAUDES mendosum esse, & aliud substituendum?

Περὶ τῆς Τίτι.

Cap. II. **I**Niurius es in Mosellanum. Quis dubitat bellaria maxime mellita esse, quæ minus mellita sunt, ea figura dictum, qua apud Ciceronem : Feminas bene olere, quæ nihil olent? Vtrunque festivius, quam acutius aut operosius dictum. Quare non debebas nodum in scirpo quærere.

Titij διογισία.

A Δειπ τὸ ὄφρα κλαυσίθυρον, & μυνησιμὸς aliud est ab Cap. III.
 occentationibus ostiorum, quarum Plautus 3.
 meminit, & conuiciorum nocturnorum apud Se-
 necam. Tam hercle diuersa, quam flere & conui-
 ciari. Vtrunque ex impotentia amoris proficisci,
 ais. Fateor. sed ambo contraria sunt. occentare
 ostium, exurere fores idem esse putas ac μυνησιμὸν,
 & fractas querelas amantium? Magna est hæc διο-
 γισία, vel potius διογία ita putare.

*Titij mira διογισία ἐ ἀκρισία. Locus Quadrigarij
 emendatus, qui hæctenus Criticos fefellit.*

P Ergin esse similis tui? Ad locum Quadrigarij il- Cap. IIII.
 lustrandum multa ex Polybio adfers, quæ nihil 4.
 ad rem. Gallorum gladij ad primum ictum fle-
 ctuntur. Ergo hoc voluit Quadrigarius illis ver-
 bis: *Ne Gallus icti impetum haberet.* Ea sunt Enthymemata Titiana. Atqui, Roberte Titi, nondum Gallus ense expertuserat. Sustulerat enim duntaxat, non etiam ictum inflixerat. Tunc enim hoc, quod adfers de gallorum gladijs, locum habere poterat: puta, si Gallus ictum inflixisset, & ei pedibus curuatum gladium subigenti vt corrigeret, obstitisset Manlius. Quam pueriliter te deceperit iudicium tuum hic, vides. At quæ ex altero loco Polybij adfers, ea iam locum Quadrigarij illustrent. Scito autem illa Polybiana ἐκ ἀκρισίας, ἐκ ἀγελήφιας esse cæsum, & punctim. Alterum fit tollendo ensem. Virgilius - *sublatum alte consurgit in ensem.*

Alrerum fit coruscando, & infesto mucrone dimi-
cando. Sed antequam Q. Quadrigarium e mani-
bus amittimus, discutiendus ille locus accuratius,
quam a te factum. verba Latini scriptoris: *Eo pacto
ei sub Gallicum gladium successit, atque Hispanico pe-
ctus hausit: dein continuo humerum dexterum eodem
concaesu incidit: neque recessit vsquam, donec subuertit,
ne Gallus impetum icti haberet. Quid est, quod Man-
lius, postquam pectus Gallo Hispanico gladio hau-
sit, deinde, alio ictu humerum dextrum incidit,
metuit, ne Gallus impetum ictus habeat? An ho-
mo præciso humero dextro aliquem impetum
ictus habere potest? Quare præterea dicitur eum
subvertere, ne impetum ictus haberet? imo, ut eum
spoliaret, & caput ei præcideret. Sed, o Titi, locus
ille hætenus perturbato commatum ordine vitia-
tus est. Nam verba illa, *Ne Gallus impetum icti ha-
beret*, reponenda sine vlllo dubio statim post
verbum *SUCCESSIT*. *Eo pacto ei sub Gallicum
gladium successit, ne Gallus impetum icti haberet, at-
que Hispanico pectus hausit*. An non verum est nos
sub gladium hostis succedere, ne ille impetum icti
habeat? Sed & illa satis confirmant: *neque recessit
vsquam donec subuertit*. Vbi eum euertit, caput
præcædit, &c. Verissima castigatio, & cui caput v-
num Controuersorum dicandum esset.*

*Mira inscitia Titij. Atheniensis sophista,
Isocrates. σοφιστής.*

Cap. V. **S**I Muretus viueret, qui incertum maiore litera-
5. **S**torum dolore, an literarum damno nuper obiit,

is non solum super Isocratis oratione tibi responderet, sed & istud elephantinum corium tuum multo sale defricuisset. Dicis enim Isocratis orationem de regno non ab alterutro illorum Isocratium, de quibus disputationem tuam instituisti, hoc capite, sed ab Athenæo quodam sophista scriptam videri, cuius meminerit Iulius Pollux libro II, ita: *ὁ Νικοκλέους τῶν Κυπρίων* (repono βασιλέως, quod de-
 erat) *πατήρ, ὃ πάς τῶν θραϊνέσσις ὁ Ἀθηναῖος σοφιστῆς ἐξέταξε,*
 &c. Itaque sic vertis: Cui Paræneses Athenæus so-
 phista scripsit. Roberte Titi, sophista Atheniensis
 vertere debebas. Is est Isocrates, *κάτ' ἐξοχήν*. Nam
 quia tantum domi docuit, neque vnquam ad po-
 pulum orationem habuerit, propterea *σοφιστῆς* tan-
 tum, non *ρήτωρ* vocatur. *σοφιστῆς* enim proprie, qui
 rhetoricen docebat, Athenis vocabatur. Plutar-
 chus in Antiphone: *μαθηθῆσαι δὲ τῷ πατρὶ (ἦν γὰρ σοφιστῆς,*
ὃ ἐκ Ἀλικιαδῶν φασὶν ἐπὶ παιδείᾳ ὄντα φοιτῆσαι, &c. Abi, &
 manibus Mureti satisfacisse te puta.

Calumniator.

AIs analecta Turnebi nonnullos colligere, qui-
 bus alantur. Et tu, homo impudens, quid aliud
 hic agis? non solum, inquam, doctorum virorum
 simia, sed etiam eorundem vigiliarum fucus, &
 quod peius est, omnium, per quos profecisti, infe-
 ctator. Tibi Canterus adeo despicibilis videtur?
 Bene tecum agitur, quod non viuit. Is sua anale-
 cta de tuo pauimento ita scopis euerreret, vt fa-
 me te perire satius esset, quam illis victitare. Quid
 aliud extat in tuis libris, quam Spicilegia Victorij,
 Mureti, & aliorum summorum virorum, quorum

Cap. VI.
6.

semper nomina dissimulas, nisi cum eorum famam arroderes vis?

*Apuleij locus a Titio frustra tentatus emendatur.
Spiræ, & soboles capilli. Apuleius emendatur.*

Cap. VII.

7.

DE Spiris quidem capillorum suboluit tibi. Sed locum Apulei frustra tentasti. siquidem mouisti satis cum istis spiris, sed nihil promouisti. Verba Apulei ex secunda Milesia: *Quid cum frequentî sobole spirifus cumulat verticem, vel proluxa serie portectus dorsa permanat?* De mendo dubium non est. De emendatione, hoc vero *Ἐάν ἐν γούνασι κίτται*. Tu legis *spirosus cumulat verticem*. Quid est capillus spirofus? Non puto vnquam ita posse dici capillum in tutulum fastigiatum. Spirosus est spiris abundans. Quid illud est, quod hoc nomine ita vocare possimus, nescio. Sed quia spiras in capillo memineras, ab eo spirosus fecisti, quod non multum a vulgata lectione Apulei ablueret. Sed, Roberte Titi, Etruscum acumen tuum nondum rem ipsam tetigit. Ego vero, qui Etruscus non sum, spondeo tibi ita Apuleium scripsisse: *spirifus cumulat verticem*. Soboles in capillo quid vocetur, non ignoras. Varro *Παππία παππία, ἅπαι ἑλωμίων*.

Ante auris nodo ex subolibus paruuli

Intorti demittuntur sex cincinnuli. Ex suboles, vt in loco Varronis vides, calamistro intortæ dicebantur cincinni, Græcis κίκιννοι ἢ βόσφυχοι. Dicuntur & spiræ. Nam βόσφυχοι ἀπειρηδόνι erant intorti in modum clauicularum vitignearum. Cum igitur in tutulum cogereetur capillus, omnes spiræ tænia com-

prehensæ, atque collectæ in verticem cumulabantur, ita vt nuda ceruix, nullis cincinnis inumbrantibus, appareret. subolem vel spiras pro eodem posuit, vt vides. cuius rationem iam reddidimus. Itaque luce clarior nunc locus est.

Titij arrogans simulatio super prouerbio.

Titij ἀσπομογία.

EΞ ὄψεων τῶν ἀνδρομαχῶν ἀξιοποθεῖται. Ais omnium Ibid.
sermone tritum esse hoc prouerbium. Equidem, 8.
Titi, (fatebor inscitiam meam) neque ego illius prouerbij mentem capio: neque quis eius mentionem fecerit, scio: neque an prouerbium sit, constat mihi. Vtinam tam tritum non putasses, ac nos illud docuisses. Tritius profecto futurum erat: & magnam a nobis gratiam inijsisses. Quod si ὄφης est ornamentum muliebre, vt ais, qui illud ad spiras accommodari possit, non video. Neque tua argumenta capio. ὄφης est ornamentum muliebre. ergo Spira est ornamentum muliebre. ὄφης, Titi, est id, quod Varro Titulum vocauit? Insaniam, si credam. In nummo æreo ex altera parte est Plotina Traiani capillum galericulo collecta, ita vt ad infimum collum quasi cauda anguinea propendat. An iste sit ornatus, quæ intelligis, nescio. Si est, tam exigua pars toti ornatui nomen dare non debuit.

Titij ἀσπομογία.

MIRVM te ita perplexa loqui, vt quid velis, assequi non possimus. Nam nondum nobis Ibid.
constat, volueris ne spiram esse genus reticuli, an 9.

modum colligendi capilli. Sane Plinij locus, quem adducis, nihil te iuvat: *Alternò textu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, manibus, digitisque.* Hic Spiræ sunt βόσπυροι, vt satis ex ijs, quæ diximus, constat. Quod si Spira est genus ornamenti, vt vis, quomodo spiras pluraliter dixit Plinius? Certe hic non leuiter nugax es. Spiræ etiam sunt inter redimicula, auctore Lucillio:

Cum rectum est, quiduis satis est. Visuri alieni

sunt homines? spiras, pallam, redimicula promit.

.8 Genus, inquam, redimiculorum Spiræ.

Titij διοξισία super loco Tertulliani.

Ibid. **TERTULLIANI** locum promit ad cōfirmandum illum Apulei: *Præterea nescio quas enormitates sutilium, & textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capitis, & operculum verticis, nunc in ceruicem retro suggestum.* Hic duo modi sunt. Hic duo genera πλοζμοδ. Priore, dicit galericulo ex capillis textili comam colligi. Altero comam porrectam in ceruicem demitti, sinuato, vt inquit Apuleius, patagio. Hic nullus tutulus, vt tu voluisti. Nam, vt diximus, tænia comprehensi crines, & ab auribus collecti in fastigium nodo adstringebantur, quod κάρμελον veteres Attici vocabant, & turbinato fastigio culminabatur. Hic nihil tale. Sed aut galericulo comprehenduntur crines, delumbato suggestu, non elato, vt puellæ vestrates solent, reticulo. aut propenduli in ceruicem permittuntur. Hæc duo tantum intelligit Tertullianus. De tutulo ne cogitauit quidem.

*Confidentia Titij. dyonisia super loco
Apulei. Patagium.*

VERBA tua confidentissima. Ego mitiore ma- Ibid. a
 lagmate imposito partem illam male affectam II. "
 profanari posse affirmo, si legatur spirofus, id est "
 spiræ in modum circa verticem conformatus. Spi- "
 ræ in modum confirmatus capillus non potest esse
 alius, quam qui cochleatim conuolutus turbinata
 meta fastigiatur. Quare enim Spira vocaretur, si
 non spiratim, & turbinatim conuolutus esset? Ut
 probes Spiram illam capilli, adducis hæc verba ex
 eodem Apuleio, quibus videris sententiam tuam
 munire: *vberes enim crines leniter emissos, & ceruice
 dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensimque si-
 nuato patagio residentes paulisper ad finem congloba-
 tos in summum verticem nodus adstrinxerat.* Hic ubi sit
 spira illa, quam tantum affectalti, non video. imo
 nulla prorsus est. Apuleius intelligit crines non in
 tergum permisos, ut bacchantium, sed paulo infra
 humeros demitti, ita ut humeros patagij modo
 contegant. Patagium in vestimento muliebri ad-
 debatur, ut clauus in virili. Id erat simile episcopo-
 rum epomidibus. Nonius: *Patagium, aureus clauus,
 qui pretiosis vestibus immitti solet.* Capillus igitur ab
 imo ad verticem summum nodo collectus, dupli-
 catur, & humeros teget patagij modo, & sinum ac
 delumbationem in collo faciet, quo nomine sinua-
 tum patagium vocavit. Hoc genus ornatus sim-
 plicissimum est, ut vides, sine vlla arte, ut pote cum
 capillum nodus tantum in vertice contineret non
 complicatum, non galericulo collectum, sed pro-

pendulum, atque per colla dispositum: quanquam non nego & in eas, quas *σείεις* vocabant, hoc modo disponi posse. Hunc ornatum intellexit magister amorum libro III Artis: *Alterius crines humero iactentur utroque: Talis es assumpta, Phæbe canore, lyra.* Nulla ergo Spira in his verbis: nulla meta turbinata. Et tamen confidentissime tuis malagmatis locum Apulei male affectum sanatum iri pollicebare. In quibus maxime ridiculus es.

Titij δῆμοσιία. Tutulus.

- ” Ibid. **Ο**ΦΙΣ ornamentum capitis muliebri, quod teste
 ” 12. Varrone Tutulum Latini dicunt, significat. Tutulus Varronis, Roberte Titi, ut ipsemet exponit, est capillus matronarum in metam elatus. Quomodo hunc ornatum *ὄφιν* vocari vis, ipse videris. quomodo item porrecta meta Spira vocari semper possit, non video. Nam meta illa spira erit, si conuoluta cochleatim: non aliter. At *πίρωμα πλοκαμῶν* Gregorij Nazianzeni, is vere est Tutulus, ut Lucani: *Turritaque gerens frontem matrona corona.*

Titij δῆμοσιία. σείει capilli.

- Ibid. **Σπείρειν** Naumachus *σείειν* vocat, hoc est catenā,
 13. eo versu: *Μηδὲ κόμης σείδιμα πλοκαμῶν πλέει σείειν.*
 Itane, Titi, catena & Tutulus idem est? Hoc verum est, si porrectum & turbinatum, catena & globus idem est. Quis putaret te tam communis sensus expertem? *σείειν*, ut nomen indicat, sunt veluti seræ quædam capilli, in quas non solum feminae, sed & viri crines, & barbam distinguebant, atque diuidebant, ut in capitibus Iouis tam in numismatis,
 quam

quam in marmoribus videre est. Treccias vocatis vos. Iis utebantur in capillo porrecto, & vt Apuleiana licentia loquar, patagiato. Vestalibus senis tantum ornari licebat sub flammeo. Hoc enim est, quod Festus dixit, senis crinibus ornari. At matronæ pluribus ornabantur. Vnde πολυκρίνας σείας dixit Naumachius. In multis numismatis Augustarum capita in eiusmodi fertas quasi secta, & distincta videre potes.

Titij διορισία. Locus Pollucis emendatur.

QUANQUAM in Pollucis contextu perperam Ibid.
 vulgo legatur σῆεν. At ego non dubito, Titi, 14.
 quin & apud Pollucem legendum sit σείας, non
 σῆεν, vt tu præcipis. ὑπόπειρον apud eundem
 quid sit, nescio. Nam tuum ὑπόσπειρον nõ est nauci.

Titij inscitia.

VINCULA neu plicent crines contorta corymbis. Ibid.
 Si tuus est versiculus, male primam producis 15.
 in Plicare, quæ correpta est. Si alienum vsurpasti,
 puto auctorem scripsisse, Vincula neu plicent.

Ridicula Titij σελερία.

ET incedis per ignes suppositos cineri doloso. Quod Cap. IX.
 hic historiam somnias, frustra es. Neque vn- 16.
 quam hoc in mentem venit Horatio. Sed est sim-
 pliciter, ac prima notione allegoria sumpta. Hic
 tuus mos est. cum aliquid in vetere scriptore le-
 gis, quod non ita tritum putas, id tu ad locum ali-
 quem poetæ, aut oratoris accommodas, vt hoc
 prætextu publicare possis id, quod alios ignorare

putas. Atqui Ixionis hoc factum nemo est, qui ignoret, si poetis Græcis operam dederit. Sed tu, quæ primum incipis discere, ea profus alijs ignota existimas.

Titij διοξισία, & supinitas.

Ibid.

17.

QUOD addis de Tarsensibus, id tam ridiculum est, quam quod modo de Ixione adferebas. Non enim Tarsenses hoc fecerunt, sed Lazi populi Heniochis & Iberis vicini. Illos autem Tarsenses in mentem tibi reduxerunt *Ἐρσοὶ καλαμῶν*, de quibus apud Suidam, quem citas, sermo est. Hæc tua iocularis hallucinatio ob oculos mihi proponit, cuiusmodi sit ingenium, & captus tuus, quanuis ego te ne de nomine quidem nouerim.

Titij fastus.

Cap. X.

18.

INVITVS, inquis, cogeris ad minima descendere. Quia scilicet, nihil nisi graue & serium tractas in his libris. Quæ, malum, hæc impudentia est? An grauiora his, quæ hoc capite proponis, in alijs tractasti?

Locus Plinij a Titio inquinatus.

Cap. XI.

19.

ABSTINE inquinatissimos vngues a lectione Plinij. Locus ille vacat mendo. Scribit Plinius olera obnoxia culicibus, formicis, erucis. Sed præter eas pestes, etiam accessu mulieris menstruatæ flauescere. *Ocimum*, inquit, *sub Canis ortum pallefcit. Omnia vero olera accessu menstruatæ mulieris etiam flauescunt, ne forte culicibus, formicis, erucis tantum obnoxia putes.*

Titij ἀγορία.

QVÆ affers ex Luciano, ea nulla ex parte illustrant locum Cæsaris. Neque mirum. Si enim Gallus loquebatur Græce, consequens non est ideo, Gallos olim Græcis literis vsos: non magis quam si tu Hebraice loquereris, ideo sequeretur Italos omnes literis Hebraicis uti, aut Hebraice scire. Atque hoc ita esse poteras ex illis colligere: ἀνὴρ ἦν ἀπαίδευτος τὰ ἡμέτερα. Satis ea ostendunt rarium fuisse, hominem Gallum Græce loqui, & curiosos duntaxat Græcis literis operam dare solitos. Cap. XII.
20.

Titij barbarismus, & inscitia in Græcis.

BARBARVM est, Græcanicam linguam sonare. Illud vero deploratæ inscitiae: φιλόσοφος τὰ ἑπιχώρεια, ex eo genere Philosophorum, quod apud illos esse fertur. Non potuisti alienius. non potuisti imperitius. Debebes dicere: Patriæ sapiētiae peritissimus. Ibid.
21.

Irritus conatus Titij in Cæsare.

APAGE cum tuis cæcis literis, quas pro Græcis reponis in Cæsare. Recte autem Othomanus vocem GRÆCIS sustulit ex sexto Commentario. Sed de illo loco Cæsaris amplius deliberandum. Ibid.
22.

Titij confidentia.

EA impudentia est, ut quod a classicis Grammaticis dictum est, & sancitum, ei tua somnia præferre non dubites. Non credis Diogeniano scribenti morem fuisse, ut bellum indicturi agnum in Cap. XIII.
23.

hostium fines immitterēt. Id clarigationis signum fuisse. Atqui idem tradit Hesychius Glossographus eruditissimus: ἀρνα περιβάλλειν. τόμος ἢ Ἀθήνησι μὴ περιπερον συμβάλλειν, ἄρην ἢ πὸν ἀρνα περιεσφύρωι τις λάβει τῆς πολεμίας. Paulo diuersius quidem a Diogeniano. Ille enim clarigationis id signum fuisse ait, iste pugnae. An non credes nunc Diogeniano? Quare igitur tergiuerfaris?

Misera Titij ἀγορία, ἀγορία, inscitia. Erasmini error. Aries Romanorum.

Ibid. **Q**UIA non credis Diogeniano vetustissimo Grammatico, est operæ precium audire subtilitatem tuam. Refers ad instrumentum bellicum (volebas dicere machinam) Latinis Arietem dictum. Miselle Titi, Parcæmiographus (Erasmus nominare vetant leges patriæ) imposuit tibi, & sibi, qui ἀρνα περιβάλλειν vertit Arietem emittere. Non enim ἀρνα arietem, sed agnum, neque περιβάλλειν emittere, sed quod ipse oblitus sui postea recte dixit, Obijcere verrere debebat. Hoc te in ioculare errorem præcipitem dedit. atque hæc interpretatio φρενῶν illam de Ariete machinario tibi iniecit: quasi ἀρνα & κριὸν eisdem esse dicendum sit. Atqui prouerbiū Hispanum dicit pluris esse Arietem, quam agnum. Et sane κριὸν machinam nunquam ἀρνα vocatam esse legisti. præterea machina illa, ijs temporibus, Græcis ignota fuit. Est enim Romanum inuentum. Græci autem ἑπέολος suas longe diuersas habebant. Quare poteras melius consulere nomini tuo, quam, dum Erasmus reprehendis,

re omnibus deridendum propinare. Si Iosephum legisses, Suidam non adduceres super Arietis machinarij descriptione, quæ tota ex Iosepho totidem verbis traducta est.

Titij inconstantia. Heronimia verbum nihili. Titij διορισία.

VI x tandem agnouisti violentam & coactam Ibid.
interpretationem tuam. Itaque alio confugi- 25.
sti, nempe ad Heronimiam, monstrum penitus
ignotum mihi. Mirum autem mihi videtur ludum
fuisse apud veteres, in quo arietem coniscanti homi-
nem fronte occurrere oporteret. Nescio ferrea ne
magis frons fuerit eius, qui hoc facere potuerit, an
illius, qui hoc scripserit. Imò hoc tale nunquam
fuisse, prouerbiū ostendit, φθόνακρος χεῖρ κριῖς νυστάζει. 26.
Calui id non facere possunt, quando ne comati
quidem. Sed ponamus verum esse. ἄρινα vel κριόν
ἁεθλάειν est idem quod χεῖρ κριῖς νυστάζειν? Non certe.
Sæpe subijt mirari, quid te adegerit tam inepta &
iocularia scriptis mandare. Nam quid hic dixisti,
quod ad prouerbiū ἄρινα ἁεθλάειν faciat?

ὄψον pro pisce poni rarum putauit Titius. ψαρό.

QVI Græce sciunt, nunquam mirabuntur ὄψον Ca. XIII.
pro pisce dici. Id adeo in illa lingua tritum est, 26.
vt non magis nouum sit, quam πῖπιν esse primæ
coniugationis. Quare hodieque in Græcia piscis
vocatur ψαρό, voce ex ὄψαειον deprauata. In Euan-
gelio pisciculi illi, quibus aliquot millia hominum
satiavit Dominus noster IESVS CHRISTVS,

dicuntur ἰψαίαια. Quid ergo adfers noui, quare uadimonium nostrum deseramus? Sed tacite uolebas Victorio oppederē, atque illi ostendere te hęc non ignorare, quia ille honestus, probus, & doctus senex indicauit uersum Menandri Græcum, quem Terentius Latine reddit eo, quem tu adducis, loco.

*Inscitia Hellenismi. Clemens Alexandrinus
emendatur. ψαίδαι.*

Cap. XV. **M**ALE concipis uerba Græca in Clemente Alexandrino. *πλαχόνιον πὲ ψαίδαις Αἰγυπτίας*. Tu uertis: Plangonium, & Pflagde Ægyptiæ. Totum caput hoc in gratiam unguentorum confecisti, & tamen ignoras quomodo hoc unguentum efferendum sit. Scito esse recto casu *ψαίδαις* & *ψαίδης*. & patrio casu, *ψαίδυ*, & *ψαίδα*. Proinde scribe, *ψαίδαις Αἰγυπτίας*. & uerte, Plangoniū, & Pflagdas Ægyptius.

Locus Plauti a Titio deprauatus.

Ibid. **L**OCUM Plauti corrupisti, cum in eo Megalium
28. Legendum esse contendis. Scriptura in membranæ concepta in hunc modum est: *Tu crocinum, & casiaes, tu btelium*. Aliæ membranæ Ptelium. In utraque scriptura perspicua uestigia sunt ueræ lectionis bdelium, ut doctissimus Camerarius olim edidit. Sed ex Ptelium Itali correctores fecerunt Petalium, idque hariolati sunt esse foliatum unguentum. Martial. *At mea me libram foliati poscat amica*. Non igitur erat, quare bdelium in megalium mutares, quod unguentum temporibus Plautinis Romæ ignotum fuit. Sed tu in hæc nondum penetraisti.

Imperitia Hellenismi. Maricas. μίνδαξ.

Castiganda est & solennis inscitia Græcarum Ibid.
 literarum. Itaque *ἑὺπολις ἐν Μαρικᾷ*, vertis Eu- 29.
 polis in Facili. Habebas in animo *ἄμαρτις*, quod est
 Facilis. Hominem venustum. Atqui Maricas, est
 nomen proprium pueri barbari, cuius cognomi-
 nem fabulam edidit Eupolis. *ὃ τὴν βασιλικὴν θυμᾶτι*
μίνδακα. Perfundite & fumis bonis mox regiam.
 Putas *βασιλικὴν* esse regiam, hoc est domum Regis.
 Tanta est peritia sermonis Græci. Atqui *μίνδαξ* est
 genus vnguenti regij. Proinde verte: Et regiam
 mindacem incendite. Hefychius: *μίνδαξ, θυμίαμα*.

Megalium vnde. Titij inscitia.

Quo d ignorare videris, quam originationem Ibid.
 Megallij intellexerit Plinius, ego rem mini- 30.
 me difficilem tibi explicabo. Plinius propter glo-
 riam Megalium dictum esse intelligit, tanquam
 non *μεγάλιον* ab inuentore, sed *μεγαλείον ἀπὸ τοῦ μέγαλε*
 & magnificentia appellatum sit.

*Titij dissimulatio. ἀγνωμοσύνη. inscitia. ἠγορία. Epi-
 gramma vetus perperam a Titio explicatum.*

INTER Virgilij appendices, inquis, Endecasylla- Cap. XVI.
 bum extat incerto auctore. Quid? Quas tu no- 31. "
 bis appendices narras? An ita nos stipites esse cre-
 didisti, vt in appendice Virgiliana illos extare pu-
 temus, qui leguntur in Catalectis Iosephi Scalige-
 rit idque elegantissimum epigramma ab ipso Sca-
 ligero primo publicatum est. Tu & ingratus &

semper nomina dissimulas, nisi cum eorum famam arroderere vis?

*Apuleij locus a Titio frustra tentatus emendatur.
Spiræ, & soboles capilli. Apuleius emendatur.*

Cap. VII.

7.

DE Spiris quidem capillorum suboluit tibi. Sed locum Apulei frustra tentasti. siquidem mouisti satis cum istis spiris, sed nihil promouisti. Verba Apulei ex secunda Milesia: *Quid cum frequenti sobole spirifus cumulat verticem, vel prolixa serie porrectus dorsa permanat?* De mendo dubium non est. De emendatione, hoc vero *Ἐάν ἐν γούνασι κείται*. Tu legis *spirosus cumulat verticem*. Quid est capillus spirososus? Non puto vnquam ita posse dici capillum in tutulum fastigiatum. Spirosus est spiris abundans. Quid illud est, quod hoc nomine ita vocare possimus, nescio. Sed quia spiras in capillo memineras, ab eo spirososus fecisti, quod non multum a vulgata lectione Apulei ablunderet. Sed, Roberte Titi, Etruscum acumen tuum nondum rem ipsam tetigit. Ego vero, qui Etruscus non sum, spondeo tibi ita Apuleium scripsisse: *spirifus cumulat verticem*. Soboles in capillo quid vocetur, non ignoras. Vatro *Παππία παππία, ἢ ἰκωμίον*.

*Ante auris nodo ex subolibus paruuli
Intorti demittuntur sex cincinnuli.* Ex suboles, vt in loco Varronis vides, calamistro intortæ dicebantur cincinni, Græcis *κίκιννοι* & *βόσπυχοι*. Dicuntur & spiræ. Nam *βόσπυχοι* *απειρηδόν* erant intorti in modum clauicularum vitignearum. Cum igitur in tutulum cogereetur capillus, omnes spiræ tænia com-

prehensa, atque collecta in verticem cumulabantur, ita ut nuda ceruix, nullis cincinnis inumbrantibus, appareret. subolem vel spiras pro eodem posuit, ut vides. cuius rationem iam reddidimus. Itaque luce clarius nunc locus est.

Titij arrogans simulatio super prouerbio.

Titij ἀσπομοσία.

EΞ ὄφρα τὸ ἄσπομα ἔχον ἀσπομοσία. Ais omnium Ibid.
 sermone tritum esse hoc prouerbium. Equidem, Titi, (fatebor inscitiam meam) neque ego illius prouerbij mentem capio: neque quis eius mentionem fecerit, scio: neque an prouerbium sit, constat mihi. Utinam tam tritum non putasses, ac nos illud docuisses. Tritius profecto futurum erat: & magnam a nobis gratiam iniisses. Quod si ὄφρα est ornamentum muliebre, ut ais, qui illud ad spiras accommodari possit, non video. Neque tua argumenta capio. ὄφρα est ornamentum muliebre. ergo Spira est ornamentum muliebre. ὄφρα, Titi, est id, quod Varro Titulum vocauit? Insaniam, si credam. In nummo aereo ex altera parte est. Plotina Traiani capillum galericulo collecta, ita ut ad infimum collum quasi cauda anguinea propendat. An iste sit ornatus, quem intelligis, nescio. Si est, tam exigua pars toti ornatui nomen dare non debuit.

Titij ἀσπομοσία.

MIRVM te ita perplexa loqui, ut quid velis, assequi non possimus. Nam nondum nobis Ibid.
 constat, volueris ne spiram esse genus reticuli, an 9.

modum colligendi capilli. Sane Plinij locus, quem adducis, nihil te iuuat: *Alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiras, auribus, collo, manibus, digitisque.* Hic Spiræ sunt βόσσυροι, vt satis ex ijs, quæ diximus, constat. Quod si Spira est genus ornamenti, vt vis, quomodo spiras pluraliter dixit Plinius? Certe hic non leuiter nugax es. Spiræ etiam sunt inter redimicula, auctore Lucillio:

Cum tectum est, quiduis satis est. Visuri alieni

sunt homines? spiras, pallam, redimicula promit.

.8 Genus, inquam, redimiculorum Spiræ.

Titij διορισία super loco Tertulliani.

Ibid. **T**ERTULLIANI locum promissum ad cōfirmandum illum Apulei: *Præterea nescio quas enormitates sutilium, & textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quasi vaginam capitis, & operculum verticis, nunc in ceruicem retro suggestum.* Hic duo modi sunt. Hic duo genera πλομμῶδ. Priore, dicit galericulo ex capillis textili comam colligi. Altero comam porrectam in ceruicem demitti, sinuato, vt inquit Apuleius, patagio. Hic nullus tutulus, vt tu voluisti. Nam, vt diximus, tænia comprehensit crines, & ab auribus collecti in fastigium nodo adstringebantur, quod κόρυμβον veteres Attici vocabant, & turbinato fastigio culminabatur. Hic nihil tale. Sed aut galericulo comprehenduntur crines, delumbato suggestu, non elato, vt puellæ vestrates solent, reticulo. aut propenduli in ceruicem permittuntur. Hæc duo tantum intelligit Tertullianus. De tutulo ne cogitauit quidem.

*Confidentia Titij. dijocria super loco
Apulei. Patagium.*

VERBA tua confidentissima. Ego mitiore ma- Ibid. a
lagmate imposito partem illam male affectam II. "
profanari posse affirmo, si legatur spirofus, id est
spiræ in modum circa verticem conformatus. Spi-
ræ in modum confirmatus capillus non potest esse
alius, quam qui cochleatim conuolutus turbinata
meta fastigiatur. Quare enim Spira vocaretur, si
non spiratim, & turbinatim conuolutus esset? Ut
probes Spiram illam capilli, adducis hæc verba ex
eodem Apuleio, quibus videris sententiam tuam
munite: *Vberes enim crines leniter emissos, & ceruice
dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensimque si-
nuato patagio residentes paulisper ad finem congloba-
tos in summum verticem nodus adstrinxerat.* Hic vbi sit
spira illa, quam tantum affectalti, non video. imo
nulla prorsus est. Apuleius intelligit crines non in
tergum permissos, ut bacchantium, sed paulo infra
humeros demitti, ita ut humeros patagij modo
contegant. Patagium in vestimento muliebri ad-
debat, ut clauus in virili. Id erat simile episcopo-
rum epomidibus. Nonius: *Patagium, aureus clauus,
qui preciosis vestibibus immitti solet.* Capillus igitur ab
imo ad verticem summum nodo collectus, dupli-
catur, & humeros teget patagij modo, & sinum ac
delumbationem in collo faciet, quo nomine sinua-
tum patagium vocauit. Hoc genus ornatus sim-
plicitissimum est, ut vides, sine vlla arte, ut pote cum
capillum nodus tantum in vertice contineret non
complicatum, non galericulo collectum, sed pro-

pendulum, atque per colla dispositum: quanquam non nego & in eas, quas *σφαίς* vocabant, hoc modo disponi posse. Hunc ornatum intellexit magister amorum libro III Artis: *Alterius crines humero iactentur utroque: Talis es assumpta, Phæbe canore, lyra.* Nulla ergo Spira in his verbis: nulla meta turbinata. Et tamen confidentissime tuis malagmatis locum Apulei male affectum sanatum iri pollicebare. In quibus maxime ridiculus es.

Titij διογισία. Tutulus.

- ” Ibid. **Ο**ΦΙς ornamentum capitis muliebri, quod teste
 ” 12. Varrone Titulum Latini dicunt, significat. Tutulus Varronis, Roberte Titi, ut ipsemet exponit, est capillus matronarum in metam elatus. Quomodo hunc ornatum *ὄφιν* vocati vis, ipse videris. quomodo item porrecta meta Spira vocari semper possit, non video. Nam meta illa spira erit, si conuoluta cochleatim: non aliter. At *πίρωμα πλακάρων* Gregorij Nazianzeni, is vere est Tutulus, ut Lucani: *Turritaque gerens frontem matrona corona.*

Titij διογισία. σφαίς capilli.

- 1bid. **Σπῆραι** Naumachus *σφαίς* vocat, hoc est catenā,
 13. eo versu: *Μηδὲ κόμης ἀείδημα πλυγυδίας πλὴν σφαίς.* Itane, Titi, catena & Tutulus idem est? Hoc verum est, si porrectum & turbinatum, catena & globus idem est. Quis putaret te tam communis sensus expertem? *σφαίς*, ut nomen indicat, sunt veluti fertæ quædam capilli, in quas non solum feminae, sed & viri crines, & barbam distinguebant, atque diuidebant, ut in capitibus Iouis tam in numismatis,
 quam

quam in marmoribus videre est. Treccias vocatis vos. Iis utebantur in capillo porrecto, & vt Apuleiana licentia loquar, patagiato. Vestalibus senis tantum ornari licebat sub flammeo. Hoc enim est, quod Festus dixit, senis crinibus ornari. At matronæ pluribus ornabantur. Vnde πολυχρόαις σεαῖς dixit Naumachius. In multis numismatis Augustarum capita in eiusmodi fertas quasi secta, & distincta videre potes.

Titij διορισία. Locus Pollucis emendatur.

QUANQUAM in Pollucis contextu perperam Ibid.
vulgo legatur *σεαῖς*. At ego non dubito, Titii 14.
quin & apud Pollucem legendum sit *σεαῖς*, non
σεαῖς, vt tu præcipis. ὑπόπειρον apud eundem
quid sit, nescio. Nam tuum ὑπόσειρον nō est nauci.

Titij in scitia.

VINCULA neu plicent crines contorta corymbis. Ibid.
Si tuus est versiculus, male primam producis 15.
in Plicare, quæ correpta est. Si alienum vsurpasti,
puto auctorem scripsisse, Vincula neu plicent.

Ridicula Titij περιρία.

ET incedis per ignes suppositos cineri doloso. Quod Cap. IX.
hic historiam somnias, frustra es. Neque vn- 16.
quam hoc in mentem venit Horatio. Sed est sim-
pliciter, ac prima notione allegoria sumpta. Hic
tuus mos est. cum aliquid in vetere scriptore le-
gis, quod non ita tritum putas, id tu ad locum ali-
quem poetæ, aut oratoris accommodas, vt hoc
prætextu publicare possis id, quod alios ignorare

putas. Atqui Ixionis hoc factum nemo est, qui ignoret, si poetis Græcis operam dederit. Sed tu, quæ primum incipis discere, ea prorsus alijs ignota existimas.

Titij διοχυσία, & supinitas.

Ibid.

17.

QUOD addis de Tarsensibus, id tam ridiculum est, quam quod modo de Ixione adferebas. Non enim Tarsenses hoc fecerunt, sed Lazi populi Heniochis & Iberis vicini. Illos autem Tarsenses in mentem tibi reduxerunt *ἑρπονὶ καλῶν*, de quibus apud Suidam, quem citas, sermo est. Hæc tua iocularis hallucinatio ob oculos mihi proponit, cuiusmodi sit ingenium, & captus tuus, quanuis ego te ne de nomine quidem nouerim.

Titij fastus.

Cap. X.

18.

INVITVS, inquis, cogeris ad minima descendere. Quia scilicet, nihil nisi graue & serium tractas in his libris. Quæ, malum, hæc impudentia est? An grauiora his, quæ hoc capite proponis, in alijs tractasti?

Locus Plinij a Titio inquinatus.

Cap. XI.

19.

ABSTINE inquinatissimos vngues a lectione Plinij. Locus ille vacat mendo. Scribit Plinius olera obnoxia culicibus, formicis, erucis. Sed præter eas pestes, etiam accessu mulieris menstruatae flauescere. *Ocimum*, inquit, *sub Canis ortum pallefcit. Omnia vero olera accessu menstruatae mulieris etiam flauescunt, ne forte culicibus, formicis, erucis tantum obnoxia putes.*

Titij ὀλιγοσία.

QVÆ affers ex Luciano, ea nulla ex parte illustrant locum Cæsaris. Neque mirum. Si enim Gallus loquebatur Græce, consequens non est ideo, Gallos olim Græcis literis vsos: non magis quam si tu Hebraice loquereris, ideo sequeretur Italos omnes literis Hebraicis uti, aut Hebraice scire. Atque hoc ita esse poteras ex illis colligere: ἀνὴρ ἢ ἀπαίδευτος τὰ ἡμέτερα. Satis ea ostendunt rarum fuisse, hominem Gallum Græce loqui, & curiosos duntaxat Græcis literis operam dare solitos.

Cap. XII.
20.

Titij barbarismus, & inscitia in Græcis.

BARBARVM est, Græcanicam linguam sonare. Illud vero deploratæ inscitiae: φιλόσοφος τὰ ἄβηχόεια, ex eo genere Philosophorum, quod apud illos esse fertur. Non potuisti alienius. non potuisti imperitius. Debebes dicere: Patriæ sapietiae peritissimus.

Ibid.
21.

Irritus conatus Titij in Cæsare.

APAGE cum tuis cæcis literis, quas pro Græcis reponis in Cæsare. Recte autem Othomanus vocem GRÆCIS sustulit ex sexto Commentario. Sed de illo loco Cæsaris amplius deliberandum.

Ibid.
22.

Titij confidentia.

EA impudentia est, ut quod a classicis Grammaticis dictum est, & sancitum, ei tua somnia præferre non dubites. Non credis Diógeniano scribenti morem fuisse, ut bellum indicturi agnum in

Cap. XIII.
23.

hostium fines immitterēt. Id clarigationis signum fuisse. Atqui idem tradit Hesychius Glossographus eruditissimus: ἄρνα περιβάλλει νόμος ἢ Ἀθήνησι μὴ περι-
 περον συμβάλλει, πρὶν ἢ πῦρ ἄρνα περιεβύων ἕως λάβη τῶν πο-
 λεμίων. Paulo diuersius quidem a Diogeniano. Ille enim clarigationis id signum fuisse ait, iste pugna. An non credes nunc Diogeniano? Quare igitur tergiuersaris?

Misera Titij διορία, διορισία, inscitia. Erasmi error. Aries Romanorum.

Ibid. ^{24.} **Q**U^{VIA} non credis Diogeniano vetustissimo Grammatico, est operæ precium audire subtilitatem tuam. Refers ad instrumentum bellicum (volebas dicere machinam) Latinis Arietem dictum. Miselle Titi, Paræmiographus (Erasmum nominare vetant leges patriæ) imposuit tibi, & sibi, qui ἄρνα περιβάλλει vertit Arietem emittere. Non enim ἄρνα arietem, sed agnum, neque περιβάλλει emittere, sed quod ipse oblitus sui postea recte dixit, Obijcere vertere debebat. Hoc te in iocularem errorem præcipitem dedit. atque hæc interpretatio φρενῆτιν illam de Ariete machinario tibi iniecit: quasi ἄρνα & κριὸν eisdem esse dicendum sit. Atqui prouerbum Hispanum dicit pluris esse Arietem, quam agnum. Et sane κριὸν machinam nunquam ἄρνα vocatam esse legisti. præterea machina illa, ijs temporibus, Græcis ignota fuit. Est enim Romanum inuentum. Græci autem ἕπιόλης suas longe diuersas habebant. Quare poteras melius consulere nomini tuo, quam, dum Erasmum reprehendis,

te omnibus deridendum propinare. Si Iosephum legisses, Suidam non adduceres super Arietis machinarij descriptione, quæ tota ex Iosepho totidem verbis traducta est.

*Titij inconstantia. Heronimia verbum
nibili. Titij ἀγορία.*

Vix tandem agnouisti violentam & coactam Ibid.
interpretationem tuam. Itaque alio confugi- 25.
sti, nempe ad Heronimiam, monstrum penitus
ignotum mihi. Mirum autem mihi videtur ludum
fuisse apud veteres, in quo arietis consciantem homi-
nem fronte occurrere oporteret. Nescio ferrea ne
magis frons fuerit eius, qui hoc facere potuerit, an
illius, qui hoc scripserit. ~~In hoc~~ hoc tale nunquam
fuisse, prouerbiū ostendit, φθγακρὸς καὶ κριὸν νυσάλζζς.
Calui id non facere possunt, quando ne comati
quidem. Sed ponamus verum esse. ἄρα vel κριὸν
προβάλλει est idem quod καὶ κριὸν νυσάλζζς. Non certe.
Sæpe subijt mirari, quid te adegerit tam inepta &
iocularia scriptis mandare. Nam quid hic dixisti,
quod ad prouerbiū ἄρα προβάλλει faciat?

ὄψον pro pisce poni rarum putauit Titius. ψαρό.

QVI Græce sciunt, nunquam mirabuntur ὄψον Ca. XIII.
pro pisce dici. Id adeo in illa lingua tritum est, 26.
vt non magis nouum sit, quam πρῆξι esse primæ
coniugationis. Quare hodieque in Græcia piscis
vocatur ψαρό, voce ex ὄψαειον deprauata. In Euan-
gelio pisciculi illi, quibus aliquot millia hominum
satiavit Dominus noster IESVS CHRISTVS,

Imperitia Hellenismi. Maricas. μίνδαξ.

Castiganda est & solennis inscitia Græcarum Ibid.
 literarum. Itaque *ἑὺπολις ἐν Μαρικᾷ*, vertis Eu- 29.
 polis in Facili. Habebas in animo *ἄμαρις*, quod est
 Facilis. Hominem venustum. Atqui Maricas, est
 nomen proprium pueri barbari, cuius cognomi-
 nem fabulam edidit Eupolis. *ἔ τιὸ βασιλικὴν θυμᾶτε*
μίνδακα. Perfundite & fumis bonis mox regiam.
 Putas *βασιλικὴν* esse regiam, hoc est domum Regis.
 Tanta est peritia sermonis Græci. Atqui *μίνδαξ* est
 genus vnguenti regij. Proinde verte: Et regiam
 mindacem incendite. Hesychius: *μίνδαξ, θυμίαμα*.

Megalium vnde. Titij inscitia.

QUOD ignorare videris, quam originationem Ibid.
 Megallij intellexerit Plinius, ego rem mini- 30.
 me difficilem tibi explicabo. Plinius propter glo-
 riam Megalium dictum esse intelligit, tanquam
 non *μεγάλιον* ab inuentore, sed *μεγαλείον* ἀπὸ τοῦ *μεγάλη*
 & magnificentia appellatum sit.

*Titij dissimulatio. ἀγνωμοσύνη. inscitia. ἄστοργία. Epi-
 gramma vetus perperam a Titio explicatum.*

INTER Virgilij appendices, inquis, Endecasylla- Cap. XVI.
 bum extat incerto auctore. Quid? Quas tu no- 31. "
 bis appendices narras? An ita nos stipites esse cre-
 didisti, vt in appendice Virgiliana illos extare pu-
 temus, qui leguntur in Catalectis Iosephi Scalige-
 ri idque elegantissimum epigramma ab ipso Sca-
 ligero primo publicatum est. Tu & ingtatus &

inuidus obscurare voluisti beneficium hominis non male de te meriti, si verum fateri vis. Vide dissimulationem. Primum Titius diuinavit in illo versu aruo legendum esse, non auro: *Et quicquid Libyco secatur aruo.* Deinde vidit etiam a Iosepho Scaligero in ora marginis ita annotatum. Quasi hoc Epigramma alibi legatur, quam in Catalectis Iosephi Scaligeri. Quasi etiam potuerit in ipsum Epigramma incidere, quin vna opera asteriscum in voce AVRO appositum non viderit. Hominem fatuum, & malignum. Ais hic citrum intelligi non posse. Quare? Quia is poeta de rebus esculentis loquitur. Itane Corrector? Illa ergo sunt esculenta in agro Florentino?

Fulgentes manibus videre gemmas:

Aut testudineo iacere lecto:

Aut pluma latus abdidisse molli:

Aut auro bibere, & cubare cocco. Hæc sunt esculenta vobis Etruscis, & illis beatiore vescuntur? Atqui illis vescere, atque ita, ut nullæ aliæ epulæ sint tibi. At quod secatur ex aruo Libyco, id referendum ad fruges Africæ. Ergo in cellis stipantur frumenta? Vide, Titi, quo te redegeris, dum omnibus tui dissimilibus insultare vis. Nam de esculentis ne *ὅραρ* quidem cogitavit Poeta, sed de preciosa copia, gemmis, testudineo lecto, aureis poculis, lecto coccineo, regalibus mensis, hoc est citrinis. Neque vllus est paulo doctior, quin hoc fateatur. Atque hæc est mens eius loci: Quantis in citrinis mensis cænet, atque adeo totum citrum Africæ in cellis stipatum habeat. Triumphæ ergo, corrector. Iã vicisti. Audebis post hæc *ἀντοφθαλμῶν?*

*Locus Ciceronis a Titio deprauatus.**Explicatur Cicero.*

MEA officia ei non defuisse, tute es testis, quoniam Cap. XVII.
 Comicus testis, ut opinor, occidit Phania. Verba 32.
 sunt Ciceronis ad M. Cælium: in quibus tu con-
 tendis legendum esse *Coamicus testis*. quo verbo
 nunquam usus est Cicero, neque alius æqualium
 Ciceronis. Quo frustra adducis versum Cæcilij:
Liber essem iandiu, si habuissem ingeniosos coamatores
mihî. Iocus est Ciceronis. Quia Phania est persona
Comica (Φανίας) Liberto autem Appij id nomen
erat: propterea Cicero pro eo quod domesticum
testem *ἐν οἴκῳ δὲν μάρτυρα* volebat dicere, *ἄρα τῶς*
δοκίαν Comicum dixit. Quæ est vera & indubitata
 eius loci sententia. Interuentu autem Phaniæ inter
 Ciceronem & Appium absentes multa transacta
 esse, testis est epistola prima libri III earundem
 Epistolarum.

Titij liuor. otium. barbarismus.

QVÆRO ex te, quare adeo gladiatorio animo Cap. XVIII.
 Canterum insectaris, quod lectionem vete- 33.
 rem indicare voluerit? Quare illi vni hoc fraudi
 erit? At falsa est. Tantum otio abundasti, ut in-
 tegrum caput tam futili animaduersioni diceres?
 Quid ituat ceras complere capaces medio qua-
 driuo, ut inquit ille? Si viueret, haberet, quod iu-
 stius tibi obijcere posset. Lyricem enim pro Lyri-
 cinem te dixisse tibi exprobraret.

*Titij infantia & tirocinium in veterib. scripto-
rib. ridicula dijocisia. Sallicippium vox a
Manutio excogitata.*

Cap. XXI.

34.

QVAM ineptus es, Roberte Titi. Etiam in vul-
gatissimis puer es, & in familiarissimis hospes.
Non semel diximus occasione similitudinis te
multos locos partim contaminasse, partim perpe-
ram explicasse. Exempli gratia, quia apud Lyco-
phronem (cuius ne verbum quidem intelligis) *κο-
λοσσοδάμων* legisti, ilico percussit animum esse Sali-
cippium Catulli. At ignoras non solum in omni-
bus tam Senecæ quam Catulli exemplaribus scri-
ptis, & antiquitus excusis, salaputium legi, sed
etiam, quod caput est, SALICIPPIVM ante hos
triginta annos repositum esse: cuius nuperæ &
novitiæ lectionis auctor fuerit vir optimus, & La-
tinitatis eligentissimus Paulus Manutius. Primus
omnium Salicippium edidit M. Antonius Mure-
tus, auctore eo, quem diximus, Paulo Manutio.
Hæctum columen Latinæ linguæ, Aristarchus nostri
temporis ignorasti. Tamen adeo impudens es, ut
prius hæc chartæ commendaueris, quam cogita-
res, quid scriberes, quos reprehenderes, quid Ca-
tulli exemplaria vetera, quid Senecæ antiquæ edi-
tiones excusæ haberent. Non debebat lectionem
mutare doctissimus Manutius. Ostendit enim Se-
neca, Caluum a Catullo Salaputium dictum,
quod exiguæ esset staturæ: & quia exiguæ esset
staturæ, propterea in cippum ascendisse. Consule
Senecam. Non aliter ab eo referri videbis. Ergo
Salaputium est puer pusillus, aut quiuis homo

pusillus. Cur ita dicatur quærendum, quando quidem constat Salaputium Caluum dictum a Catullo, quod esset exiguæ staturæ. Nam, quod tu vis, si qui inscendunt cippos, ij sunt exiguæ staturæ, Polyphemus de rupe litoris compellans Galatæam erit exiguæ staturæ, quia rupem conscendit, vt in altum aciem extenderet. Hæc non sunt ridicula? Roberte Titi, nisi caues, insanientē lapidibus te pueri viciatim incessent. Nam gliscit morbus.

Titij διογισία. Canteri error. Lycophronis locus explicatus.

DIOMEDEM κολοσσάμονα nuncupasse, quasi Ibid.
dixeris columniscensorem. Erat enim Diomedes exiguo corpore præditus. Diomedes inscendit columnam, quia paruæ stature erat. Quam columnam Titi? κολοσσός est columna? Quis Genius Grammaticæ te hoc docuit? Dic age? vnde didicisti? Canterus, cuius interpretationem sequor, vertit Columniscensorem. Bene sit Manibus optimi Canteri. Væ tibi, qui malam interpretationem ad errandum ducem habuisti. Diomedes nullam vnquam columnam conscendit, vt illi Monachi, quos antiquitus in columnis habitasse scribit historia Ecclesiastica, a quo σκληται, & κιοῖται dicti. Sed neque illi propterea recte κολοσσάμονες, aut κιοσάμονες dicerentur. Diomedes, cum primum nauem in litus Italiæ appulit, eiecit ex naue lapidibus ingentibus, quos pro Saburra in eam congefserat struicem ex illis in litore constituit, super qua struice sese collocauit, tanquam loco munito, dum confi-

35.

derat, an pacata esset ora ea, ad quam appulerat. Quia ergo super ea struice, tanquam colossus quidam, aut statua super basi sua, insistebat, propterea *κολοσσὸς αἰμάτων* vocatur Lycophroni. Non enim colossus conscenderat, ut propterea *κολοσσὸς αἰμάτων* dici meruerit, sed basi insistebat, quam Colossus insistit. ut *ἰσσοπέδαμον* non qui equo insidet, sed qui equinam *βάσι* habet, & quadrupedanter incedit, ut Centaurus. *κολοσσός* autem hic pro quavis statua ponitur, neque magis immanem statuam, quales sunt Colossicæ, quam aliam quavis intelligere debemus, cum in eo res summa non sit, sed in basi, quæ statuæ subjicitur. Non igitur quod parua statua erat, eos lapides conscendit, ut tu vis. Alioqui & eius socios, quos idē fecisse verisimile est, paruos & pusillos homunciones fuisse consequens esset.

Titij ἀγογία. tirocinium. Locus Aeliani.

Cap. XXII.

36.

Q Vemadmodum vnicum verbum Lycophronis tibi refricauit memoriam verbi Catulliani, sic etiam locus Aeliani admonuit te prouerbij, cuius Erasmanam interpretationem ab Enrico Stephano exagitaram memineras. Aliter enim non meminisses. Quod autem sensum illius prouerbij petis ab historia Aeliani, quam diximus, malum Criticum profiteris. Nam illud epiphonema Aeliani *ὑπὸ παντὶ λόγῳ καὶ βιάῳ πάσι σκορπίος*, si debebat potius admonere te, allusum esse a scriptore Græco ad illud prouerbium, non autem prouerbium ab ea historia manasse. Dupliciter vsurpantur prouerbia tanquam nostra, aut fictione, aut allusione. Priore modo dictum a Petroniano scorto prouer-

bium a se capisse, Taurum feret, qui vitulum sustulerit, item ab Apuleio prouerbiū de prospectu Asini ab Asino suo natum. Altero modo ab Aliano usurpatur hoc prouerbiū tanquam dissimulanter, & a Martiale ad Cerdonem: *Vt velles corio ludere, cerdo, tuo.* Itaque miror, cum hoc epigramma Martialis legeres, te non ex eo occasionem inuasisse insectandi, vt soles, Erasmi, quod non ab illo cerdone natum esse dixerit prouerbiū *Ludere de corio alieno.* Tirunculus es, Titi, & nunc primum literas tractas. Quate prius remex esse debuisti, quam Gubernator esse inciperes.

Titij barbarismi.

CASTIGANDI barbarismi versionis tuæ. ἐκ Συσίων τῶν Ibid.
 Περσικῶν εἰς Μηδικὰ ἀπιόντων, ἐν τῇ δ' ἄλτρει σαθρῶ παμ- 37.
 πολυ λέγεται σκορπίων πλῆθος γινέσθαι. In itinere secundi
 diei eorum, qui a Persicis Suis in Mediam profi-
 ciscuntur, permagna scorpionum multitudo nasci
 dicitur. Barbare, & imperite. Latine: Secundis sta-
 tiuis a Suis Persidis, magna vis scorpionum vulgo
 nascuntur.

Dubitatum super loco Lucillij.

QUOD *gracila est, pernix, quod pectore puro, Quod* Cap. XXIII.
puero similis. Haud scio, an mutilus sit prior ver- 38.
 sus: *Quod gracila est, pernix . . . quod pectore, puro*
Quod puero similis - vt desideretur epitheton
 τῷ Pectore, verbi gratia, plano quod pectore: aut
 eiusmodi. Lepidissima autem fuerit allusio, puro
 puero. Sed hæc dubij iuris sunt, & quæ inter con-
 trouersos locos tuos posuerim.

Κορυθαυασμὸς Titij. *Locus Suidæ*

correctus. ῥαμνύσιος.

Cap. XXV.

39.

CELSI prætereunt austeræ poemata, Ramnes. Etiam puer tirunculus scit Ramnes pro equestri ordine dictum, ab illis equitibus, quos primos cum Luceribus & Tatiensibus instituit Romulus. Sed Titius generosos spiritus gerit, neque plebeia pulpa palatum tergere solet, quippe qui diuina pascitur ambrosia. Nos homunciones minorum gentium Grammatici ad obuia cõfugimus, neque præ ignauia in adyta ipsa Philologiæ irrumpimus. A Latio ergo in Græciam transferatur imperium Romanum. Ramnes igitur, non est Latinum, sed Græcum. Hoc enim nomine pulchri & honesti vocantur. Suidas: ῥάμνος. ἐπὶ ἧμ' σφῶν ἐ ἐλλογίμων. ῥάμνος γὰρ δῆμος Ἀθηναῖος, ἐν ᾧ καὶ Ἀγυφῶν ἠκμασέει καὶ ῥητορικῆν, ὅν πολλοὶ μμησαδάμ φελοτες παρομίαν ἐλιπον τῷ βίῳ, ὡσεὶ τοῖς καλοῖς ῥαμνοῖς κολέιν. Mirū igitur ῥάμνοῖς, & Ramnēs, eosdem esse, & non potius Ramnos dictos, non Ramnes. Sed ponamus ita esse: Ramnes sunt pulchri. Quid faciemus illo CELSI? Quid hic duo adiectiua sine substantiuo? Vno verbo dicam, te esse omnium, qui viuunt, stupidissimum, & stolidissimum, qui non solum absurda de Ramnensibus Romanis pronunciare ausus sis, sed etiam mendum in Suida non aduerteris. Lege igitur: ῥαμνύσιος. ἐπὶ ἧμ' σφῶν ἐ ἐλλογίμων. ῥαμνος γὰρ δῆμος Ἀθηναῖος, &c. Deinde: ὡσεὶ τοῖς καλοῖς ῥαμνύσιος καλεῖν. Nam ῥαμνος ῥαμνύσιος ἐστὶ δῆμος Ἀθηναῖος. Hinc gentilitium ῥαμνύσιος. Rhamnusia virgo, Nemesis ab Adrasto dedicata. Erasmus ex alio Grāmatico prouerbiū retulit ῥαμνύσιος. Sed nescit vnde natum prouerbiū. Supple ergo ex

Suida. Nam verba Suidæ sunt illius Grammatici, quem Erasmus producit, sed mutila: Si tu hæc obseruasses, actum erat de misello Erasmo. Iugulasses hominem, quem toties gladiator vicisti. En tuos Ramnes, & tuos Suidas. Tu vale, & plaude.

EX LIBRO V.

Locus Plauti ridicule a Titio tortus.

SINE me alliato fungi fortunas meas. Legis alliatum: Cap. I.
 Sid est allio vescentem. Neque potes concoque- 1.
 re Alliatum esse Moretum: quia, inquis, Moretum
 est delicatior cibus, quam vt mancipium deceat. O
 gustum moreto dignum. Simylus ille, cuius diuitiæ
 Hortulus, tibi vsque adeo delieatus videtur, qui al-
 liato vesceretur? Bene est, quod Iosephus Scaliger,
 quanuis serio dissimulas, te docuit, quid sit More-
 tum. Sed scito apud Plautum, *sine me alliato fungi*
fortunas meas, dictum quomodo alibi, suo cibo sua
 mœnire mœnia. Nã ibi suo cibo, vt hic alliato meo.

Titij barbarismus in Græcis.

Vspicor Iohannem Tzetzen *ἠδελγορίζεσθαι*. Male Cap. III.
 vsurpasti hoc verbum. *ἠδελγορίζομαι πρὸ ἀδελφῶν* 2.
 Græcum est. *ἠδελγορίζομαι ὑπὸ τῷ ἀδελφῶν*, Titianum.

Titij pertinacia. inscitia. Dare ludum. ἀγορισία

Titij. Locus Horatij explicatur.

QVI s te ferat? Quam audax, quam impudens Cap. VI.
 es. Negas Amori dare ludum esse, Amori in- 3.
 dulgere. Quare? An quia Latinum non est? Atqui

Plautus bis in Bacchidibus vsurpauit: Dare ludum desidia: Dare ludum filio. quod Lambinus olim annotauit. Quare igitur displicet? Quia a poetæ mente alienum est, qui ἐρωτομανίας in Neobule notat potius. Quid? Contraria sunt, indulgere amori, & ἐρωμανία? Quid faciemus hoc homine, qui ne sensum quidem communem habet? Sed pareamus illi. Amori dare ludum, est amorem intermittere: quandoquidem aliter eum placare non possumus. Ergo Horatius ita sentit: Miserarum est, non posse intermittere amorem, metu castigationis, & patruæ linguæ. Ergo patruæ, & pædagogum præcipiunt amare, & vetant amorem intermittere. Ergo indulgendum est amori, ne patruæ irascantur. Miserarum est neque amorem intermittere, neque bibere, metu correptionis. O acutum Etruscum. Sententia Horatij & pueris perspicua est, o Aristarche: Neobulen vri amore Hebri, ita vt lanificium, & omnes alias res posthabeat, in vno autem Hebro animum occupatum habeat: non audere tamen eum ludum dare amori, quem quinta parte sui necitaris imbuat Venus, metu castigationis. Solutio ἐρωμανίας illius, nonne est ἡ σωτηρία? An non ab ea abstinent metu correptionis? An non hæc tu ignorasti? An non omnes te irridebunt, cum hæc legent?

Titij desidia. Plautus exponitur.

- Ibid. **L**VDI sunt. ludus datus est argentarijs. Hunc verum Plauti legenti tibi succurrit statim locus
4. Horatij, vt videris facere, cum inter legendum soles aliquid annotare, quod in alio auctore extare putas. In quo sæpe decepit te iudicium, & coniectura tua.

tua. In versiculo igitur Plautino Dare ludum interpretaris intermissionem dare. En iecur Cræ-
tis. Dare ludum est metaphora a ludi magistris,
qui Floralibus, & alijs eiusmodi diebus, pueros fe-
rari sinunt. Tunc dicuntur dare ludum pueris, hoc
est, ludi vel ludendi potestatem illis facere. Vnde
metaphora in alias res deducta, vt dare ludum ali-
cui, sit indulgere illi, neque ab eo quotidianum
pensum aut laborem exigere. Quare & apud Plau-
tum, & apud Horatium idem est Dare ludum, cum
tu diuersum existimaris. In Plauto indulgetur ar-
gentarijs. In Horatio iubetur Neobule soluere ἑρω-
μανίας indulgendo amorī eo remedio, de quo supra
memini, hoc est, τῆ συνουσίᾳ καὶ τοῦ κρόμου. Nam κρόμος
est, dulci mala vino lauere. συνουσία, amorī dare lu-
dum. Vtrunque autem, κρόμος & συνουσία incurrit se-
ueritatem & castigationem. Quam ergo falsus es
in tuis illis exemplis aggerandis, quibus sola tua il-
lustratur & pateht inscitia.

Titij plagium. inscitia Hellenismi. βραδύνα.

Γλυκεία μάπρ. Hoc Sapphus testimonium ex He-
phæstione protulit in hunc eundem locum Hora-
tij Victorius. Id tamen tu sciens dissimulas, ne vi-
dearis a docto homine doctus esse. Adeo ingratus
est liuor. Sed cur Petri Victorij, vnde didicisti, no-
men silentio præterijsti? An quia tu Græcarum li-
terarum intelligentior? Sane sequentia declarant
quantus sis in Græcis. ἤρατο δὲ ὑπὸ ῥόδῳ. Amabat
autem non aliquid rosis. Ego scio Dictionarium
tuum ἢ exponere NON ALIQUID. Sed tu ne-
sciebas id esse hic ΝΕΩΝΕ. Πολλάκι καὶ οἷος ποτὶ τῶν λιβν

Ibid.
5.

αὐταὶ ἀπὸ τῆς ἡλίου. Ipsæ abierunt. Infelicia Hellenismi rudimenta. Dic: Solæ abibant. Sic αὐτὰ ἐσθλὴ, Soli fumus. Etiam Plauto I P S V S est solus. βεαδινὰ δὲ ἀφροδίτα. Per acrem Venerem. Tiro, narro tibi βεαδινὰ Ἄεolicè pro βεαδινὰ dictum: vt βρόδον, πόδον, βρωπίς, ράπις. βεαδινὴ autem ἀφροδίτη & χροὴ ἀφροδίτη perpetuis epithetis vocantur a Poetis. Quare βεαδινὰ ἀφροδίτη non pertinet ad vehemētiam amoris. Non est, quod quisquam miretur nos hæc minima persequi. Quanto enim humiliora sunt ea, in quibus offendisti, tanto magis detegitur inscitia, & leuitas tua. Præterea vnde tu soles capita locorum tuorum controuersorum, quam ex istis quisquilijs conficere? An non tu hæc eadem in alijs exagitasti, quanquam immerito? Nos in te eadem merito non castigemus?

Securitas Titij. Plinij locus a Titio corruptus. Titij ὁμοσιμία.

Cap. VII. **V**Tinam verum esset, quod tam secure promittis, libros Plinij adeo ab omnibus mendis purgatos esse, vt iam nullius Correctoris opera indigeant. Quare ergo passim in his libris multa in eius lectione a te tentata sunt? Nos sanè quotidie diuersum ab hac fiducia tua experimur. Ac quamquam mendorum multa millia ab Hermolao primum sublata sint, quæ populares tui illi asperferant: deinde Sigismundus Gelenius plures ex veteribus libris maculas deleuerit aut ab Hermolao prætermittas, aut ab eodem asperfas: tamen non paruus labor illi relictus est, qui idem tentare voluerit. Sed tu cæcus de coloribus iudicas, homo

omnium, qui has literas attigerunt, imperitissimus & confidentissimus. Sed quorsum hæc instituta oratio? Nempe ut quod sit iudicium tuum in his literis consideremus. Verba Plinij sunt de vino: *Prorsus ut iure dici possit neque viribus corporis vitilius aliud, neque aliud voluptatibus perniciosius, si modus absit.* Muretus putat vocem VOLUPTATIBVS redundare. Tu mitius agendum putas, & non tollendam, sed tolerandam eam lectionem esse, modica correctione adhibita. Quid, mi homo? Iam dicebas libros Plinij non indigere correctore? Sed videamus correctionem. Legis VOLUPTATVM, ut Plinius dixerit, Aliud voluptatum. Quid est aliud voluptatum? Hoc doce nos, Magister. Sed nimium præceps fui. Ecce tu doces. Ais enim Græcane *ἄλλομα πῶσαι* Aliud voluptatum, ut *χρῆμα τῆς νουκταῖς* Aristophani, quia ita te alio loco docuit Muretus. Quomodo etiam Plautus dixit, Res voluptatum. Ut tu propter tantam imperitiam non vapules? ut tu inultum feras? A page, a page corrector. Quære tunicatum popellum, cui scruta tua vendas. Nihil mutandum in Plinio. Locus perspicuus est. Vinum & voluptatibus, & viribus corporis natum esse, si intra modum sumatur. Nam modice sumptum, vires auget. per voluptatem immoderate sumptum, perniciosum est.

*Titij ἀγορία. ἀγορία. Erasmus liberatur
a calumnia Titij.*

VERBA tua: Lacones Pythagoricæ fuisse fa- Cap. IX. "
ctionis ita debet accipi, ut Lacones in eb, quod 7. "
se abstinerent a cæde animalium, & ab ἀδολεσχίαι, & "

Pythagoræ consilium secuti fuerint. Hæc neque satis Latine dicta sunt, neque vera sunt. Sed de Latinitate tu videris. Vtrunque falsum, inquam. Nam neque a cæde animalium abstinuerunt Lacones, neque Pythagoricum dogma est, *μη̄ ἀδολεσχεῖν*, sed *ἐχθροῦ*. An idem putas esse, Garrere, & Loqui? parce loqui, & mutum esse? Ponamus verum esse, quod Pseudoseruius ille scribit: Amyclæos Italiæ oriundos Laconibus secutos esse dogma Pythagoræ, & cum ex eius præscripto animal occidere non auderent, nefas esse duxisse, serpētes, qui ex vicinis paludibus nascebantur, occidere. Itaque tantam eorum multitudinem fuisse, vt Amyclas desolaerint. Quid hoc ad prouerbiale silentium Amyclarum? Abstinere a cæde animalium hoc sine vocas tacere? Sane hoc modo abstinētia cædis *ἢ ἐμψύχων* Amyclas perdidit, non autem silentium. Quamquam huic obiectioni tacite occurrit Pseudoseruius, & tacitas Amyclas vocat Pythagoricas, hoc est Pythagorico dogmati addictas. Quod tu non aduertisti. A serpentibus deletas esse Amyclas scribit & Plinius libris, tertio & octauo, nulla mentione Pythagorici dogmatis. Laconas autem Pythagoricæ sectæ addictos fuisse nemo sanus putauerit, tametsi concedamus Amyclæos Italiæ ex Laconia oriundos illud dogma amplexos fuisse. Ineptissime igitur iudicat Pseudoseruius, & Erasmus liberatur a calumnia Titij.

Titij ἀπολογία.

Ibid. **P** Robas ex Xenophonte Amyclas tacitas dictas esse, quia Lacedæmonij breuiloquium colē-

rent. Iam diximus breuiter loqui, & tacere non idem esse. Pythagorei autem quinquennium omnino tacebant. Argumentum tuum: Lycurgus præscripsit breuiloquium Laconibus. Ergo Lacones fuerunt sectæ Pythagoricæ. Lacones βραχυλόγῳι fuerunt. Ergo taciti. Lacones βραχυλόγῳι fuerunt. Ergo Amyclæ silentio perierunt. Sed in vnum syllogismum Titianum cogi possunt omnia hæc: Pythagoras docuit colere silentium. Item Lycurgus docuit colere βραχυλογία. Ergo Amyclæi Pythagorici fuerunt. Negas te ita concludere? Si negas, libri tui loquuntur. Non enim calumniamur. Ergo ex ijs, quæ colligis, sequitur Pythagoram & Lycurgum vnum eundemque hominem fuisse. En quam pulchre Seruium ab Erasmi calumnia vindicasti.

Imperitia Hellenismi.

PERITIA Hellenismi. πρὸς τὸ τυτίς τί, τι ἀδείδασαι ἰου- Ibid.
ραῖς ἐμφύσσει βυλόιδμος αὐτίς. Præterea cum pudorem 9.
 eis innasci vehementer cuperet. Ita vertendum erat, Titi, si ἐμφύσαι, non ἐμφύσαι scripsisset Xenophon. Neque causeris ab interprete, non a te, dictum. Diximus nihil interesse, vtrum Titius male vertat, an male redditum sequatur. ἐμφύσαι, est ingenerare, non innasci. Si in Cantero hunc errorem obseruasses, an non longam diatribam, quæ nos odio suo enecaret, consarcinasses?

Titij ιδιωλισμός. Tristia Ouidij. Póntus Ouidij.

ARISTOTELES libro πρὸς τὸν ἠθικῶν 3. Aristoteles, Ti- Cap.X.
 ti, nunquam scripsit libros πρὸς τὸν ἠθικῶν, neque 10.
 πρὸς τὸν πολιτικῶν, sed scripsit ἠθικά, καὶ πολιτικά, ἠθικῶν δὲ

πολιτικῶν libros. Eodé genio duce & Ouidij Titulos corruperút maiores nostri. Nam Tristia, de Tristibus: & Pontú, de Ponto inscripserút. Tñ alibi eodé barbarismo *θεὸν ἢ δὲ ἠθικῶν* citas, vt non semel te infanite putemus. Adeo rerú vulgarium imperitus es.

Aristotelus locus emendatus. *σπαῖρα, ἑπισπαίρειον*
λόγης. Titij inscitia, ἄσχετος.

Ibid.

II.

Aristoteles: οἰηθεῖν δὲ ἂν τις καὶ πῶν ὑόν πλέμιοι (ἔ), ὡσπερ ἢ Μιρόπι, καὶ ἐσπαιρωδαί τὸ λελογχωιδρὸν δόρυ. Delenda vox δόρυ. Quod autem nihil penitus in his videris, ego rem tibi auctorem dabo. Campidoctores, & Exercitores, qui iuuentutem gladijs depugnare docent, pila *luxea*, aut eburnea mucrones gladiorum muniunt, ne lædant. Eæ pilæ tam in Italia, quam hic in Gallia, *Botones* vocantur. Græci *σπαῖρα* dicunt. Clemens τὸ δόρυ τοῦ ἀποδόχου τῆς σπαῖρας. Polybio dicitur ἑπισπαίρειον lib. X. *μαχηρομαχὴν ξυλῖνας ἐσπαιρωδαίς μετ' ἑπισπαίρειον μαχίαις.* Similiter hastarum *λόγης* præmuniébāt, a quo vocabant *ἐσπαιρωδαίς.* Ibidem Polybius: *τοῖς ἢ τῆς ἐσπαιρωδαίς γέσφοις ἀκοντίζεν.* Livijs ad verbum hæc vertens dixit: *Præpilatisque missilibus iaculati sunt.* Ergo *ἐσπαιρωδαίς γέσφοι* sunt præpilata missilia. Quod si *Calepinos* tuos consulas, videbis præpilatas fides præferratas exponi contrario sensu, tanquam sint pili modo præcutæ, & ferro munitæ. Ergo verba Aristotelis ita verte: Etiam alius filium hostem existimaverit, & cuspidem præpilatam esse. Recte autem τὸ δόρυ expunximus, quia τὸ δόρυ τοῦ ἀποδόχου solet præpilari, καὶ ἐσπαιρωδαίς. Sic etiam apud Xenophontem: *ἐσπαιρωδαίς ἔχων ἀκόντα, καὶ δόρυ ὡσαύτως π-*

παραμαθηδύρον, verte: Missilia gestans, & hastam, utraque præpilata. Ex his exemplis constat te hæc omnia ignorasse. Hinc apud Arrianum, & Xenophontem ἀνελάστας quinto, putas σπαιροζίδες idem esse, quod ἐσπαιρωδύρον. Nam cum τὸ λόγχωιδύρον τὸ δόρατος, hoc est, ferrum hastæ, præpiletur, ne lædat, ut diximus, hic ipsum ferrum nudum est, & vulnerat: sed averfa hastilia ab altera parte non acuta, sed hebetia sunt, & in pilæ modum tornata, ut in cullis extrema pars manubriorum. Neque adeo male Gentianus Heruetus locum Clementis vertit, cum tu potius rem totam penitus ignoraueris. Vertendum igitur: Quemadmodum si quis præpilatis hastis deludens aliquem interfecerit, pila ex cuspidē hastæ delapsa. Quantum autem iudicio valeas, tum alias, tum etiam hoc loco ostendisti. Nam cum λόγχην ἐμπαροδύρον esse dixerint Xenophon, & Arrianus, & ex Aristotele & Clemente probaberis ἐσπαιρωδύρον τὴν λόγχην, nunc τὸ σπαιροζίδες ὁπιδύρον τὸ δόρατος non ἐμπαροδύρον esse videns, quomodo esse idem putasti ἐσπαιρωδύρον, καὶ σπαιροζίδες τὸ δόρατος?

Titij plagium.

A Petro Victorio hæc antea ex eodem Æliano explicata sunt. Quare eruditus senex lege Ati- Cap. XIII.
nia rem furtivam vindicabit. 12.

Quæsitum super Euphorionis testimonio.

Non satis erat, causam inuestigare, quare Euphorion putauerit Romanos ob precium ad Cap. XIII.
heredes suos transferendum securi se percuti permittere solitos. Sed amplius quærendum erat, 13.

quare, cum ἀποκοπήναι πελέκει dixerit, postea idem dicat ἀποτιμπαλιδῆναι? Mirum hoc sane, neque a te omitti debuit, Torqueri & Decollari multum differunt. Quare vero potius πέντε μῶας, quam aliam Romanis vilitatiorem summam? Ea sunt quinque millia æris, siquidem δραχμῶν denario veteri Romano æstimemus. Ea summa est quinquaginta veſtratum ſcutatorum monetæ, vt vulgo loquimini. Quare quinque millia æris potius, quam vilitati decem millia, aut aliud quid? Tuum erat hoc diſquirere. Nam ego profecto hæc me ignorare non inficio.

Τῆς διορίσῃα. barbarismi.

Cap. XV.

14.

ARbiter pugnae posuisse nudo sub pede palmam Fertur - Iam dudum tempus erat te ad agnatos & gentiles deduci. Sed quia affulgebat quædam spes resipiscendi, & constat idem iuris Sanaatibus esse, quod fortibus, ideo res dilata est. Sed frustra expectauimus, quandoquidem in dies ingrauescit morbus. Ais igitur, sub pede palmam ponere, esse, victoriam sitam in pedibus habere. Proh deum atque hominem fidem, quæ te intemperia agitant? Primum, quis vnquam dixit Ponere victoriam sub manu, pro eo, quod est, victoriam in manu positam habere? Quod hoc genus loquendi? Sub manum aliquid habere, est in promptu habere, mere Græco ſchemate, ὑπὸ γούρον ἔχειν. At non id est, quod tu vis. Deinde concedamus tibi, victoriam sub pede ponere, idem esse, quod victoriam in pedibus habere: sane qui habet victoriam in pedibus, eius est vincere. Atqui Nearchi ne pilum quidem intereſt vincere, ſed potius pugnantium, Pyrrhi, &

puellæ. Est enim Nearchus arbiter, & *βελταμης* certaminis, atque, vter vincat, fusque deque habet. Pyrrhus autem, & puella in conatibus suis, & obstinatione animorum victoriam positam habent, vt exemplis tuis hoc genus loquendi accommodemus. Quid igitur dices? Nearchum posuisse victoriam Pyrrhi, & puellæ in pedibus suis? At in exemplis, quæ adducis, milites non habent positam victoriam suam in manibus arbitrorum, sed in suis. Aut igitur pedes eos fugaces Pyrrhi, & puellæ sunt, quorum interest vincere. aut Nearchus in pedibus suis fugacibus nullam victoriam posuit Pyrrhi, si sua interest vincere, aut suam, si Pyrrhus vincit. Dictus autem arbiter pugnae is, de quo pugna instituta est, quomodo vacca inter duos tauros pugnantem. Nosti versus illos:

Pascitur in silua magna formosa iuuenca.

Illi alternantes multa vi prælia miscent Vulneribus crebris. Neque aliter Naso de Acheloo, & Hercule:

Non aliter vidi fortes concurrere tauros;

Cum precium pugnae toto nitidissima saltu

Expetitur coniunx. spectant armenta, pauentque

Nescia quem maneat tanti victoria belli. Eodem, inquam, modo arbiter pugnae Nearchus dicitur, quo his locis vacca dicuntur in medio duorum taurorum esse. Minus enim proprie arbiter hic dicitur. Non enim est *δραστης*, & cuius arbitrio stet palmarium: sed testis inter duos. Sic dicitur, Remotis arbitris, hoc est testibus. Quod si verum est, quod scribis, interea dum vterque amans inter se pugnant, puerum arrepta fuga in dubio reliquisse, vtri victoria cedat: duo absurdissima consequen-

tur necessario. Neque enim arbiter & testis pugnae erit, quia pugnantibus non interest: neque, si fugit, potest leni recreare vento Sparsum odoratis humerum capillis: hoc est, cessare, & quieti indulgere. Quare videris tu quomodo tanto rubori pareris, qui tam falsa tueri voluisti.

Locus Horatij explicatur.

- Ibid. 15. **S**ententia Horatij plana. Nearchus, utroque amante pugnante, posuit palmam sub pede nudo. Hoc est, neutri fauet. Sed palmariū subiecit pedibus contra more *βεαβρωτων*, qui τὸ βεαβρωτων, siue *νικητηρων* in manu promptum habent, ut victori porrigant.

Mira Titij διορησια. Dictum Gnathæne meretricis.

- Ibid. 16. **I**neptissime confers dictum Gnathæne meretricis cum verbis Horatij. Nihil alienius, nihil dissimilius. Et certe ferendus non es cum tam impudenti hac inscitia tua. Cum enim *αγωνων* quidam *σεφανται* sint, quidam autem *αρχειται*, qui & dicuntur *χημαπται* (ut de Pythico ludicro legimus, prius *χημαπτης* cū esset, *σεφαντην* postea factum) hoc est, alijs ludicris coronam, alijs pecuniam præmium fuisse: hinc licet iudicare, cur a meritoria & auara muliere dictum sit, agonem suum non esse *σεφαντην*, sed *αρχειτην*, siue *χημαπτην*. Hoc sane neque ad mentem Horatij, neque ad tuam facit. Neque locum hunc de Gnathæna affectus es.

Titij περιεργια.

- Ibid. 17. **N**vgandi modum non facis, cum lucem Soli fœneras, &, cur nudum pedem Horatius di-

xerit, quæris. Ergo delicatus puer Nearchus ex calceatus aufugit, tanquam *σαδιδύς* quidam? Tam corneo callo pedum, puer araneoso situ mollior? Tantum etiam illi fuit otij ad obstrigilla solearum demenda, siquidem verum est eum fugam sibi consciuisse, ut tu vis? Nugæ. Nudus epithetum nihil innouat in sententia, non magis quam *χρυσή ἀφροδίτη*.

Titij inscitia. Nō semper ἡμεροδρόμοι sūt Tabellarij.

ELegans interpretatio tua: *ἀνυπόδησία*, immunitas calceorum. Pari inscitia *ἡμεροδρόμους* Tabellarios vertis: quasi omnes Tabellarij sint *ἡμεροδρόμοι*, aut omnes *ἡμεροδρόμοι* Tabellarij. Speculatores siquidem ita ab Atheniensibus vocari, auctor est Livijs libro XXXI. Eiusmodi sunt, quos ad manum habet Turcarū imperator miræ pernicitatis. PEICH vocant. Ij non solum *ἀνυπόδητοι* currunt, sed & solum pedum clavis suppositum habent. Quo nihil verius est. Satis lufisti. diludia dabimus.

*Titiana inscitia Hellenismi. Locus
Æliani emendatur.*

Πίνδαρος ὁ ποιητὴς ἀγωνιζόμενος ἐν Θήβαις, ἀμαθίσι περὶ ποσὶν ἀκροαταῖς ἠπλήθη Κορίνθης πεπτακίς. ἐλέγχων δὲ πρὸ ἀμουσίαν αὐτῶν ὁ Πίνδαρος συνεκάλει πρὸ Κορίνθων. Corruptus manifesto locus, quod & te non latuit. Conaris emendare. Conatum laudo: eventum improbo. Siquidem legis: συνεκάλει πρὸ κορίνθων. Pindarus victus a Corinna quinquies, Thebanorum rusticitatem arguens conuocabat cornicem. Ita fideliter Græca reddidimus ex correctione tua. Obscuriora sane, & magis tenebricosa quam dudum.

Ibid.
18.

Cap. XVII.
19.

Quo enim referendum sit illud *συνεκάλες*, non video: neque quid faciemus illo articulo *πῶ*. Athenienses vocabant Xenophótem Musam Atticam. Dicam Græce, sequutus præcepta istius Grammaticæ tuæ: οἱ Ἀθηναῖοι τὸν Ξενοφῶντα συνέκαλουν πῶ μῦσαν Ἀπικὴν. Explodat, exhibilabor a pueris mediocriter Græce doctis, qui conuicijs admonebunt me Græcum esse, οἱ Ἀθηναῖοι τὸν Ξενοφῶντα ἐκάλουν μῦσαν Ἀπικὴν. Quotidie magis magisque iugulat te Hellenismus tuus. Ego neque te iugulabo, & si pateris, molestia te liberabo. Vna literula sublata totum negotium transegerit: ὁ Πίνδαρος ἦν ἐκάλει πῶ Κόρινναν. Meministi Prouerbum? ἀ ἦς τὸν Ἀθηναῖον. Si ἦς τὸν Ἀθηναῖον, hoc est Corinna Pindarum vicit iudicio Thebanorum, merito rusticitatem eorum ἢ ἀμαθίαν hoc dicto notauit Pindarus. Sed vereor, ne tu Corinna suas, qui huius correctionis veritatē non agnoscas. Quid somnies, non curo. Tantum doctorum iudicio non diffido.

Barbara insultatio.

Ca. XVIII. **B**arbare, & inciuiliter insultas Iosepho Scaligero, quod lectionem scriptam pratulerit vulgaræ & commentitiæ. Scriptum enim ait se in optima membrana inuenisse - *Et nomen capiti debentia porra*, cum tui populares mutassent cæpe, offensi scilicet nouitate rei, quod porrum magis de horto suo, quam de Plinio, & Columella nossent. At Plinius meminit capitatarum cæparum. Fateor, & si non legisses apud Plinium, illius loci in Moreto tibi non succurisset. Sed id adeo tanti non est, vt propterea stolide exultare, ac licenter bacchari de-

beas. Scis enim, quæ hæc tibi obijci possunt. ←
 Quantulum est erratum hoc humanæ conditionis
 ad illa tot & tanta deliramentorum tuorum mil-
 lia? Quanto iustius in te dici potest id, quod verbo-
 sis dicitur & fatuis? Quid quod ex verbis Plinij non
 plane colligitur capitata cæpam appellari, tametsi
 vlla sit cæpa, quæ capitata sit. Ait enim duo genera
 esse. Alterum condimentarium, alterum capita-
 tum. Hæc vero nulla est *πεισαράγην*, quæ nos adigat
 credere vllam cæpam capitata dici, tametsi quæ-
 dam sit capitata, quemadmodum sine dubio nul-
 la cæpa appellata fuit condimentaria, quanuis
 quædam condimentaria sit.

Irritus conat⁹ Vellei corrigēdi. Titij barbarismus.

Nvsquam erat Pompeius corpore, adhuc vbique Iubæ. Cap. XIX.
 nomine: quippe ingens partium eius fauor bellum 21.
 excitarat Africum. Verba Vellei Paterculi sunt cor-
 rupta sine vlllo dubio. Tu Aristarchus sagacior Al-
 do Manutio optimo optimi patris filio ita legis:
 vbique ibat nomine. Nihil dicam. Sed remitto te
 ad eum, cuius coniecturam reiecasti, Aldum Ma-
 nutium. Is Latinitatis scientissimus si vbique ire,
 Latinum esse, & aduerbium quietis pro aduerbio
 motus sine solœcismo poni posse concesserit, caus-
 sam non dico, quin ego Asinus, tu sapiens, rexque
 regū sis. Ergo in agro Florentino Muliones vestri
 loquentur ex animi libidine, tibi vero homini vr-
 banis studijs exculto non aliter licebit loqui, quam
 caste & pure. Ideo non dices, Ego proficiscor eo,
 sed ibi: Ego ibi eo: Ego vbique eo. Quia hæc noua
 sunt, & a vulgi consuetudine remota, Titius ijs vti-
 tur, ne trita & vsitata loquatur.

Locus Velleij emendatur.

- Ibid. **N**ON insultabo tibi, vt modo Iosepho Scaligero,
 22. & Aldo *ἐν παντί φησας*. Rein vno verbo expedi-
 diam. Aio, & constanter pronuncio, Velleium ita
 scripsisse: *Nusquam erat Pompeius corpore, adhuc vbi-
 que nomine*. Aperte dicit Pompeium corpore mor-
 tuum, nomine vbiq̄ue superstitem fuisse, quippe
 cuius partium fauor bellum Africanum excitarat.
 Et puero patet verum esse. At qui I V B Æ adiece-
 rant, impotune fecerunt, adducti mentione belli
 Africani, in quo maximam operam nauauit Iuba
 rex. quæ est historia notissima. Quam triumphaf-
 ses, si huius emendationis auctor fuisses.

*Irritus conatus Ciceronis emendandi. Excitare
 rationem, barbarismus. Titij διορισία.*

- Ca. XXIII. **V**ERBA M. Tullij ex tertio de Oratore: *Quan-*
 23. *quam ea tela texitur, & ea incitatur in ciuitatera-*
tio viuendi. Ne quid intentatum more tuo relin-
 quas, censes legendum ratio excitatur, pro illo
 corrupto, incitatur. Quæro quid sit Excitare ratio-
 nem. Qui mihi explicauerit, is per me aheneus
 esto. Sed næ ego hallucinor, qui non viderim te
 illud genus loquendi probare altero Ciceronis lo-
 co, quem priori subiecisti: *Omne animal, simulatque
 ortum est, captat ea, quæ naturæ apta sentit, appetere, &
 propulsare contraria*. Ex istis verbis probas Excitare
 rationem Latine dici. Si quis vellet, Titi, omnes er-
 rores tuos, & leuitatis argumenta omnia persequi,
 cum otio abundare necesse esset. Nobis satis est ea
 indicasse, & lectori ridendi tam bonam copiam
 fecisse.

Cicero emendatur. Initare rationem.

PArua labecula hunc locum fœdauit. Nam sine
 vlllo dubio Cicero scripsit, initatur ratio. Inita- Ibid.
 re, itare, pro inire, ire veteribus tritum fuisse, & do- 24.
 litare, negitare, iam ante nos alij annotarunt. Quin
 etiam ignoratio illius formæ verborum multos lo-
 cos veterum scriptorum deprauauit. Certissimum
 est ita Ciceronem scripsisse. Quare pluribus exem-
 plis hanc emendationem non illustrabo.

EX LIBRO VI.

*Locus Plinij pessime a Titio cruciatus. Histori-
 ale opus. Titij dysoria. inscitia.*

TRahitur etiam in picturas opere historiali, venatus, Cap. I.
 classese, & imagines rerum, tenui folio, breuique I.
 & virenti superuestiens. Hæc Plinius de cupressu.
 Postquam tonsilem factam docuisset, adijcit & to-
 piatijs operibus aptari solitam, atque ex ea classes,
 venatusque effingi. Sic hodie in hortis elegantio-
 ribus Galliæ cupressus tractas in classes, acies, &
 Centauros videmus. Hoc Plinius vocat historiale
 opus, quo scilicet imagines rerum exprimuntur.
 Tu nihil plebeium spirans aliquid abditum in his
 latere, neque vitio locum carere diuinas. Legisigi-
 tur: *Venatus, classese, & indagines retium tenui folio*
cingunt. Neque tamen caussam apposuisti, cur Pli-
 nij lectio vulgata tibi displiceret. Hoc tantum di-
 cis, nihil cupressu commune esse cum re pelagia,

aut cum naufragio. idque prouerbio illo aperte demonstrari, Cupressum pingere apud Horatium ad Pisones. Itaque, nisi fallor (& certe non fallor) censet Plinium hic de pictura, non de opere topiario agere. Tantum est acumen ingenij tui. Deinde illos casset, quos pro classibus substituis, ais esse laqueos venatorios, qui, vt feras lateant, cespitibus & frondibus operiri solent. Ergo casset, & pedicas idem esse putas. Itaque a poeta pedicas ab araneis texti intelligendum est. - *laxos suspendit aranea casset.* Non purabam te tantum stipitem esse, quanuis satis mihi de leuitate tua constabat. Quot errores, quantum nugarum in hoc caput congelisti?

Ignorata ratio prouerbij.

Ibid. **N**ON concedimus tibi, quod scribis, pictorem illum cupressum iuxta nauem fractam appinxisse: imo, cum aliud nihil præter cupressum pingere nesciret, a naufrago petente vt naufragij sui tabulam sibi pingeret, quæsiuisse, num vellet cupressum pingi.

Quare Alexander φιλόμορος dictus. Titij inscitia, & refractatio.

Cap. II. **N**ON alio consilio videris horum librorum scripturam suscepisse, quam vt leuitatem & φιλαυπία tuam proderes. Miraris, quare P. Victorius Alexandrum φιλόμορος esse dixerit: idque te, qui plura legisti, quam ille, qui ante hos sexaginta annos omnia scripta vtriusque linguæ euoluerat, apud nullum veterem scriptorē reperisse. Satis ostendis te ignorare Alexandrum, qui nunquam Homeri poësim

poesim deponere, & qua pro puluino utebatur, non potuisse non φιλόμορος dici. Tu tantæ lectionis homo lege quæ de eo narrat Plutarchus in eius vita, ac nugari desine.

Plagium Titij.

Omnia ex Turnebo.

Cap. III.

Plagium Titij. Inscitia Hellenismi.

4.

Datriba de mari magno tota de spicilegijs Turnebi aucta est. In hanc autem totam eius messem nescio quo carmine excantatâ traduxisti. Adeo dissimulas eum doctis. virum primum omnium locum Suidæ de Barbario Philippo protulisse. Post tantum virum, quid noui affers, quod animos nostros a librorum eius lectione ad tuos libros auocet, & traducat? quid ad scenam adfers?

Cap. VI.

5.

Decorem formæ, an dignitatem corporis?

Animi virtutem, an vocis idcundæ sonum?

Sed credo, quia Turnebus Græce ignarus Latinam interpretationem non ausus est apponere ingenio- li virium conscius, ideo tu homini laboranti succurrere voluisti. Itaque illa verba, ἄεϋϋ ἢ ἦν τὸν πρό- πον, & κολακικός, quo denotatur homo adulatorio ingenio, tu melius, Comis, & blandis moribus. ἢ τὰ ἄν- τω τὴν ἀρχὴν ἢ ἄρχη τὴν οὐκείνη χάρις. hoc est: Eius opera ille hunc magistratum gessit (de Prætura intelligebat ille historicus, de qua necessario ante verba fecerat.) Tu: quem principatum illius gratia gerebat. Recte occupasti. Nam alius ita non vertisset.

Sed illa quomodo feremus? & αἰδοῖ Ἀντωνίου τῆ κελιδί τῆδὲ σιγῆ κατὰ χεῖρ ἀφ' ἑρμῶν τῆς. Ita enim tu longe Turnebo eruditior: Et pudore Antonij ob maculam "

hanc ære emptum mancipium animi dolorem si-
 lentio dissimulauit. χαιρε καλλίνικε. Bene diuinasti.
 Ignoras ergo, quare dixerit σιγήν ἀρρυσώμεναι κατὰ χροσ-
 ναίῃ τῇ κηλίδι ἑωπῆ, αἰδοῖ Ἀντωνίῳ. Emptum argento si-
 lentium indicat, idque offusum fuisse tam fœdæ
 maculæ, pudore scilicet vnus Antonij, cuius ratio
 habita est. Taceo alia, quæ perperâ verteris. Quia
 primus tu, non Turnebus, hoc indicasti, propterea
 scilicet exultas, atque adeo de Iuriscōsultis, qui hæc
 ignorabant, triumphas.

Muretus a calumnia vindicatur. Error

Tauri philosophi.

Cap. VII. **S**ymma huius capituli hæc est: Taurum Philoso-
 6. **S**phum a Mureto castigari, quod existimauerit o-
 leum κρυσαλλοσώσαι. Tu dicis Taurum mitigasse hoc
 verbum, & quod congelascere primum dixerat, id
 stare, consistere, concrefcere dixisse. Atqui, o Titi,
 insigniter falleris. Nam quod congelascit, id stat, &
 consistit, & concretum est, non contra, quippe cum
 species inferat genus suum, non autem genus spe-
 ciem. Itaque asseueranter dico, recte Taurum a
 Mureto correptum vel ex verbis ipsius Gellij.
 Quæritur enim disertim, cur oleum sæpe ster, vi-
 num autem rarêter. Dic mihi, quod summus poe-
 ta dixit, - *cæduntque securibus humida vina*, hoc vo-
 cas concrefcere, an congelari? Certe κερυσαλλοσώσαι
 esse oportet mitifico genere liquorem, qui securi-
 bus cædatur. Si negas, aut si nescis, audi Ouidium:

Vinaque consistunt formam seruantia teste Nuda.

Loquitur de immoderato frigore, in tractibus
 Ponti. Xenophon quoque de eadem regione lo-

quens idem de vino pronunciauit. Sed & lepidum Epigramma de eadem re extat apud Strabonem: quod eiusmodi est:

Εἴ τις ἀρ' αἰθρῶπιω μὴ πείθεται, οἷα παρ' ἡμῶν

Γίνεται, εἰς πλώδε γῶτας ἰδὼν ὑδρίην.

Ἦν ἔχ' οἷς ἀνάθημα θεοῦ καλόν, δὴ δ' ὀπίδημα

Χμῆτος μεγάλης θύχ' ἱερῶς Σβάπος. Idem enim,

quod Ouidius loquitur, & vina plane stare, καὶ κρυσταλλοῦσαι dicit. Hic vero apud Gellium quaeritur, cur saepe oleo accidat, quod rarerentur vino vsu venit. Ergo idem est accidens olei & vini. Vinum κρυσταλλοῦται. Ergo & oleum. Taurus vero non adeo bardus fuit, vt concretione olei aliam esse a concretione vini non viderit. Est enim ὀφθαλμοφανής. Sed imperite παχυσμὸν olei, κρυστάλλωσιν appellauit, & vniuersam disputationem super verbo pueri κερυστάλλωται instituit. Quare mirum est, te caecum studio contradicendi verba Gellij nō pensitasse prius, quam virum doctissimū Muretum reprehenderes.

Titij διορισία.

HÆC verba ostendunt, quantus Philosophus Ibid. 7.
 Hic: oleum frigore concreuisse, ac proinde verbo vti πηγνύσθαι, vel potius παχύνεσθαι. Cum haberes τὸ παχύνεσθαι non debebas vti τῷ πηγνύσθαι. Hoc enim eluditur sententia Aristotelis, qui negat oleū πηγνύσθαι. αὐτῶς ψύχσει τὸ παχύνεσθαι τὸ ὑγιαίνειν, πηγνύσθαι τὸ ὑ.

Titij inscitia. Incrustatio & picatio non idem.

Titij plagium, & dissimulatio.

Q Vibus sibilis explodendus non es, cum picare Cap. VIII. 8.
 & incrustare vas idem esse putas. Quæcūque

olim de incrustatione doctissimus Turnebus primus omnium dixit, ea tu dissimulanter in hoc caput coniecisti, nihil veritus, ne te plagiarium vocemus. Idque ea de causa fecisti, ut nouum sensum ad eum versum Horatij adferres: *Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu* - Dolia & vasa vinaria picabantur, tum ne vina alienum odorem contraherent, tum etiam ut hac quasi loricatione vinum fideliter continerent, ne sorberetur a bibulis vasibus. In cuius rei locum hodie successit ea, quam patrio sermone vernissationem, & inuitriationem vocamus. Longe alia est incrustatio calicis aut poculi. Ea enim fiebat non pice vase oblito, sed liquore imbuto, ut noua testa assuesceret vini saporem seruare. Francogalli vocant Auinatter, hoc est vino insuefacere. Itaque rustici serias vinarias nouas aceto, aut vino durissimo incrustare solent. Idem faciunt in tinis & cupis recentibus, si ex olido ligno constructæ sunt. Denique in dolia noua non statim indunt vinum bonæ notæ, ne saporem alienum ex nouo ligno contrahat: sed prius vinum durum immittunt, ut vasa eius odore præparentur altero autumno ad generosum vinum capiendum. Hoc longe alienum a picatione, aut gypsatione. Hæc omnia nihil ad sententiam tuam faciunt. Nam vas picatum non dicitur imbutum.

Lucillius emendatur. Crucium vinum.

Ibid. **P**essime versum Lucillij adduxisti. Porphyrio manuscriptus ita adducit: - *nam mel regionibus illis*
 9. *Incrustatum calix rucia* - Postrema vox est mendosa. Ego indubitate illam mendam leui opera delebo.

Legendum enim. *Incrustatus calix crucio* - Festus: *Crucium, quod cruciat.* Vnde *Lucillius vinum insuaue crucium dixit.* Festiue Lucillius gentem nescio quam irridet, apud quam vinum insuaue nasceretur: quod imbutus & incrustatus calix apud eos mellitum sapiebat. Si tu hanc emendationem excogitasses, quis ferret fastum tuum?

Horatij locus a Titio tortus.

NON possum me continere, quin improbem iudicium tuum, quia apud Horatium *Quæ semel, nō Quo semel, legis.* Hoc enim modo perit id, quod Horatius instituit dicere. De odore enim loquitur, non de testa simpliciter. Et sane mira desultoria tua. Repente ad auxilium membranarum confugisti, qui modo audaces vocabas, qui membranas veteres citant. Quid hoc Proteo faciemus?

Ibid.

10.

Titij dysnomia. inscitia. Cæsar explicatur.

VENUSTUS es, cum dicis Gallos in eadem planitie constitutos, in qua castra Romana erant posita, inferiores ipsis castris fuisse: Imo quo depressior ripa fluminum est reliqua planicie circumiecta, eo humiliora castra Romana erant, quæ ad ipsam ripam erant posita, quam Galli, qui in circumiecta planicie castra Romana oppugnabant. Sed pueriliter laberis. Nam Romani de vallo & aggere pugnabant, qui erat altior Gallis oppugnatoribus. Vnde putas pugnari solitum, nisi de vallo? Ergo pugnare de vallo, est pugnare de superiore loco. Cæsar libro primo: *Propterea quod pro vallo carros obiecerant, & e loco superiore in nostros venientes*

Cap. XI.

11.

rela conijciebant. Græci dicunt, ἐν τῷ ὑποδείξιον βόησιν, ἀνομιζῶν, μάχεσται. Fateor sine caussa hanc moram obiectam doctis hominibus, & de loco clarissimo frustra dubitasse. Nam tua ratio & falsa, & friuola.

Titius lepus est, & pulpamentum querit.

Cap. XII.

12.

.bidI

.01

S Tomachum tibi mouent ineptæ quædam, & in-
Seruditæ adnotatiunculæ, quibus multi nostra æ-
tate libros suos inferciunt. Salua res est. Sorex indi-
cio suo perijt. Mi homo, quis vnquam eorum, qui
has litteras attigerunt, magis ridicula, abiecta, ine-
pta scripsit, quam tu? Vt non longius discedam,
quid ineptius, quam caput integrum expositiuncu-
læ versus Virgiliani dicere? Poruistine nobilius
leuitatis tuæ monumentum relinquete, quam cum
in alienas nugas inueheris, ipse omnium nugato-
rum nugacissimus?

Ridicula Titij περιεργία. Hellenismi inscitia.

Cap. XIII.

13.

Spende hanc diatribam inter preciosa cuius-
dam templi Florentini donaria. Digna est, quæ
in æs incidatur. Xenophon oblitus est sui, quia ca-
ni suo πολυσύλλαβος nomen imposuit, cum ipse δι-
σύλλαβα canum venaticorum esse præcipiat. Dignam
sane rem, quæ vnum caput occupare debebat. At
illud non intellexisti, ἢ τὰ διανακρήματα ἢ, ut sint vocatu
facilia. Imo διανακρήματα, ut sint reuocatu facilia.
Nam περὶ κειμῶν ἰχθυῶν loquitur, quos interest re-
uocatos a venatore dicto parentes esse. At sunt ca-
nes magni, qui non nare, sed cursu pollent. Iis no-
mina etiam longissima imponere non verat Xe-
nophon. neque de illis sermonem instituit, ut pote,

qui reuocandi clamore non essent. Nam canes, qui ad cursum, non ad vestigationem nati sunt, nulla institutione opus habet. Eiusmodi fuit ἰπποκένταυρος Xenophontis, cuius nomen non solum magnitudinem, sed formam, atque utilitatem ostendit. Atque illo non ad vestigandum, sed ad capiendum inuentas ab alijs feras utebatur. Propterea non est opus illi breui nomine, quo ἀνάκλησις facilior sit. Eiusmodi sunt leporarij canes Gallici. inter quos Aremorici nostrates, corpore, cursu, & viribus pol- lent, & in apros immitti, & cum illis committi solent. Eorum caquam nulla institutio est. Natura illos docuit hostem suum. A natura etiam ipsa edo- cti sunt visum persequi, & cursu assequi.

Erasmii error solennis. Titij inscitia.

NON parum errat Erasmus, qui multa in Chilia- Cap. XIII. das suas prouerbij nomine congesit, quæ nihil I+. minus sunt, quam prouerbia. Vt alia taceam, eius- modi est hoc, quod prouerbij vicem citat, ἀρπαγμός ὀκ κρήτης: Quia in Græco scriptore (liber ille non est Plutarchi) appositum τὸ λεζόμενον. Sic quotiescun- que φασὶ adiunctum videt, suspicatur inesse vim pro- uerbij. ἀρπαγμός ὀκ κρήτης male ab eo vertitur, Raptus ex Creta. Raptus Creticus vertendum erat. Notif- sima παιδομανία & παιδαρπαγία Cretum vel ex ijs, quæ adduxisti ex Heraclide Pōtico, & ex alijs, quæ non adduxisti. At κρηπικός ἀρπαγμός, vel ἀρπαγή ὀκ κρήτης non magis est prouerbium, quam si dicam, ἡ λεζο- μένη τῷ Πλάτωνος σοφία. ἡ λεζόμενη τῷ Δειστίδῃ καλοκλαγία. Tuum igitur erat & Erasmii ἀπειρίαν castigare, neque illo auctore prouerbium vocare, quod ne

speciem quidem prouerbij habet. Quia uero cum Erasmo vertis Raptus ex Creta, uide quam bene illud facias. Nā raptus Ganymedis a Minoe factus, quo tantum gloriaris, non ex Creta fuit, sed ex Troade. In quo nihil præter solitum nugatus es.

Titij inscitia. Culpa potare magistra.

Cap. XV. **N**imis æstuas in loco Horatiano: *Post hoc ludus erat culpa potare magistra*. Sic enim dictum in Diris: *Istius atque utinam facti mea culpa magistra prima foret*. Ut qui peccaret, is præscriptum modum vini biberet. Plautus: *Vter demutasset, poculo multabitur*. Notum qui sint magistri in potu, & quæ sint magisteria. Itaque magister conuiuij modum dabat, qua fini biberet. unde Modiperator dictus. At culpa hic modum dat, & pro magistro est. Nam quantum a præscripto demurabant, tantum bibeant. quis neget hunc uerum sensum esse? Locus ille ex Diris non plane huc quadrat: sed tantum alludit.

Inscitia Hellenismi. Athenæi locus correctus.

Ibid. 16. *Φιάλη κικερασιμένη*. Phialam mistam. *κικερασι* uideris accipere pro eo, quod est uinum aqua mistum infundere. Quod tamen simpliciter est merum infundere. *ζωρότερον ἢ κικερασι*. Unde *κραμα* est merum, non mistum. Ab eo idiotismus Græciæ hodiernus *κρασι* merum uocat. Latinis etiam miscendi uerbum in eodem significatu. *Misceri decet hoc a Ganymede merum*. Sed cum illud uerbum usurpamus, uidentum ne obscure id fiat. quod assequemur, stadiuncto dubium tollatur. Nam quod secutus

interpretem non nauci phialam mistam dicis, neque Latine loqueris, neque vere: quia aqua vinum infuscatum intelligis. Τῆς θφίας ἀπόδξιν ἐπιουῶτω. *Legē ἐπίδξιν.* Male autem vertisti. ἢ ὡς οἱ τῶ ἐρωτῶντες ἐμῆλοισ. Non eadem ratione, qua iuniores solent inter se. Vix credo te mentis compotem, qui tam malum interpretem sequeris. Quis hæc ferre poterit? Cum ista inscitia tu nobis curua corrigis?

*Iosephus Scaliger a calumnia Titij vindicatur.
Inscitia Titij. barbarismus.*

Tibullus: *sed primū Nympham larga donate salute.* Cap. XVI.
Quibus, inquis, quid potest suavius inueniri? 17. "
Et tamen in ipsis aliquid offendit Scaligerum, "
quod suo palato non multum saperet. Admonet "
igitur legi debere ex veterē scriptura: *sed primum
meritam longa donate salute.* Salua res est. Ex veterē
Codice non ex ingenio Scaliger ista protulit. At-
que nos scimus, cum multi Tibulliani libri scripti
extent in Gallia, & Italia, ita in omnibus fere scri-
ptum extare. Præterea illi, quibus Achilles Staius
vſus est, non aliter eam lectionem concipiunt. Cur
igitur, homo impudentissime, soli Scaligero fraudi
erit veterem lectionem indicasse? Non illi licebit
impune, quod alijs licuit? Quis te tam φορτικόν, &
inciuilem censorem ferat? Dic mihi, adeone suavis
tibi videtur vulgata illa lectio? Itane cæcus de co-
loribus? Vbi vnquam legisti veterem Romanum
poetam amicam suā Nympham vocasse? Adeon' a-
sinus es, vt non videas hoc ex idiotifimo vestrarium
poetarum dictum esse, & cum, qui mutauit, magis
Etrusce, quam Latine sciuisse? Tu alios reprehē-

dis, & non sentis te *δαούτοδε κρεῖον ἔπιδομαίη*? Nympha pro amasia est idiotismus Italicus, qui ab homine Italo in Tibullum inductus à te homine Italo deprehensus non est, a me homine Aremorico, & in finibus Oceani nato indicatus est. Tu asinus hæc non vidisti, & si nihil aliud quam rudere non potes, tamen hoc facies, modo tibi non desit occasio bonos insectandi.

Inciuile ingenium Titij. Inscitia.

Ibid.

18.

QVID inciuili & barbaro ingenio tuo respondeam, non habeo. Adeo non solum inepta sed intricata loqueris. Quis negat longum valere abeuntibus dici? At longum saluere ergo a venientibus dicitur. Saluere nonne est venientium? valere abeuntium? Hoc negas? Quid ergo erit, donare longa salute, quam iubere longum saluere? Quid ad hæc audes hiscere? Quis non mirabitur impudentiam tuam? Longum saluere dictum a venientibus, ut longum valere ab abeuntibus. Quare recte a Scaligero illud adductum: *Et longum formose vale, vale, inquit Iola.* Expecto quid ad hæc dicas. Sed *μακρὰν χάρην* est *ἕδὲν φρονήζην*. Ita sane, o Corrector, sed *μῖτα φοεκφός*. Ut illud, *Valeant qui inter nos dissidia volunt.* At primo significato recte ab abeuntibus amicis & abeuntibus dicitur, *μακρὰν χάρην*. Longum vale vale Iola. Itaque ille in ultimo Odyssæ ita amicum salutatur statim primo alloquio:

Οὐλίπε ἔμέγα χάρη. Σοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν. Vbi vides *χάρην μέγα*, esse non solum idem, quod *μακρὰν χάρην*, sed etiam a salutante non ab abeunte neque abeunti dictum. Quid hic dices? Postquam insciam

tuam & stoliditatem, atque audaciam simul perfricuiamus, dic nobis quid sit longa donare salute, si non est id, quod diximus? Iam tempus est te tacere. Itaque μακρὰν χεῖρε καὶ οἰμωξίαν.

Linor, calumnia, inciuilitas Titij.

AVT a Scaligero, cum audaciam suam aliquo Ibid. 19.
 prætextu tegere vult. Itane A sine? Scaliger so-
 let, producere testes membranas, cum audaciam
 suam tegere vult? Quæ est hæc audacia, libros scri-
 ptos testes producere? Ergo vestras Victorius, qui
 multas producit, audax. Ergo Hermolaus. Ergo
 omnes Itali Critici. Ergo Statius Lusitanus audax,
 qui eandem lectionem Tibullianam ex vetere li-
 bro protulit. Scio a vestratibus illum audacem vo-
 cari. Quare? Quia Italorum audaces correctiones
 deprehendit, & auctoritate veterum codicum su-
 stulit. Hæc est audacia: non probare quæ Beroal-
 di, Parthenij, Baptistæ Pij, & nescio quot millia
 Graculorum olim ad bonos auctores corruppen-
 dos contulerunt. Sed ante hoc biennium cum in
 Italia essem, andiui quid illi de eo viro, quid de
 Turnebo mentirentur impudentissime. Quid ego
 illis opposuerim, atque responderim, ipsi, si bene
 meminerunt, sciunt. Hoc vnum dicam, si vnus Ita-
 lus ea edidisset, quæ Iosephus Scaliger edidit, tan-
 tum abest, vt audax diceretur, vt magnum eius no-
 men futurum fuerit. Sed natura Alpes ea ratione
 nobis opposuisse videtur, vt non solum Galliam
 ab Italia, sed etiam Gallos ab Italis sciungerent.
 Sed bene cum Italis agitur. Quotiescunque de Io-
 sepho Scaligero excitabitur mentio, habebunt na-

turæ miraculum, columen literarum, Philologiæ & Musarum alumnum Titium, quem Gallis opponant. Hoc satis est ad os Gallis occludendum.

Flagitium, audacia, temeritas, inscitia Titij.

Locus Ciceronis indignis modis a Titio laceratus, distortus, cruciatus.

Cap. XVII.
20.

EN quod Itali opponant audaciæ illius nescio cuius Scaligeri. Quod enim hic Titius annotavit, ex sacrosanctis animæ Titianæ adytis depromptum est, non ex illis cariosis membranis. Ciceronis itaque hæc verba sunt ex secundo de natura Deorum: *Omnes igitur partes mundi tangam, quæ maximo calore fultæ sustentur: quod primum in terrena natura perspici potest. Nam & lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus: & recenti fossione terram fumare calentem: atque etiam ex puteis iugibus aquâ calidam trahi, & id maxime hibernis fieri temporibus, quod magna vis terræ cauernis contineatur caloris, eaque hieme sit densior, ob eamque causam calorem insitum in terris contineat artius.* Videamus flagitium tuum, quod tantum & tanti est, ut pro merita noxia nulla verba satis sint tibi castigando. Ita igitur legis: *Omnes igitur partes mundi tangam, quæ maximo calore fultæ sustentur: quod primum in terrena natura perspici potest.*

Nam & lapidum flictu elici ignem sæpe videmus,

Et fossione recente humum fumare calentem

Iugibus atque etiam ex puteis calidam trahi aquam.

Reliqua, quæ vno tenore continuabat Cicero, & quæ a superioribus nullo modo diuelli possunt, indigna censuisti, quæ versuum legibus astringerentur,

vt & superiora. Modo Iosephum Scaligerum audacem vocabas ob id etiam, quod veterem lectionem scriptam protulisset. Si ille audax est, quod veterem scripturam indicauit: quo te nomine compellabimus, qui veterem corrupisti? Omnium, qui viuunt, inquinatissime, pergin sterquilinio isto tuonares nostras offendere? Quæ flagra, quæ conuicia non meruisti? Deinde vt ineptam legem carminum, quæ nunquam fuit in rerum natura, testimonijs confirmes, Cæcilium & Andronicum inter poetas Heroicos ponis. Inducis, mutas, adijcis, quæ vis. Non dubito, quin & populares tui ob tantum flagitium tibi ea precentur, quæ commeruisti. Pudet me audaciæ, leuitatis, & inscitæ.

Læuius poeta. Titij inscitia.

Liuij Andronici. *Dirige odorisequos ad certa cubilia canes.* Non est Liiij Andronici, sed Læuij. Ibid. 21.
 Quis esset iste Læuius, primus omnium ille, quem audacem vocas, Iosephus Scaliger, indicauit. Popularis tuus Crinitus te docuit Liiij Andronici esse. At nullus doctus tibi concedet Liuium Andronicum vllum Heroicum scripsisse. Tantum abest, vt *μείσπον* scripserit.

Titij inscitia.

Quæ calidum faciunt aciem tactum atque saporem. In Ibid. 22.
 tertio pede est dactylus, non trochæus, quod tu voluisti. Nam & relicuum pro reliquum idem poeta eodem modo extulit. Contra Ariete, Pariete, est dactylus. Pituita trisyllabum. Sed tu hæc non capis.

Flictus. conflictus. Titij inscitia.

Ibid. **V**OCĒ Flictus Virgilius quoque vsus fuit. *Dant*
 23. *sonitum flictu galeæ.* Quid tibi imprecer pro istis
 factis tuis? Conflictus lapidum est σύγκρουσις, quæ si-
 ne flictu & sonore fieri potest. At flictus est φόρος ἐκ
 τῆς κρούσεως. Ausonius: *Cymbala dant flictu sonitum.*
 non intelligit cymbala cymbalis configi, sed flictu
 radiorum pulsari: atque adeo κροῖσιν, non σύγκρουσιν
 fieri. At necessario Cicero σύγκρουσιν lapidum intel-
 ligit, vt ex eorum attritu ignis eliciatur. Fateor te
 nusquam magis in his libris debacchatum fuisse.
 Itaque expecto quid de te populares tui, qui nos
 Gallos audaces vocant, pronunciaturi sint.

Titij inscitia.

Ibid. **H**ANC vocem aliquantulum obscuram qui de-
 24. *clarare voluit: illic apud M. Tullium ad co-*
dicis marginem Attritu scripsit. quod scholion
deinde pro more facile in contextum irrepfit. Non
obijciam, quod scholion pro glossemate vsurpasti.
Non enim a te elegantiam verborum exigimus.
Hoc dico, magno flagitio te vocem TRITV ex
textu Ciceronis, dum illum poetantem facis, ex-
punxisse. An putas solum conflictum lapidum
ignem exprimere? σύγκρουσις sola non facit, Titi, sed
ρεΐψις. Quare pessime de Cicero meruisti, qui
hoc deleueris, vt de Philosopho poetam faceres.
Neque minor est audacia, cum tuum Sæpe tan-
quam tibicinem ruenti poemati supposuisti. Sed
ἄγρις ἀπὸς. Piget me tui, pudetque.

Titij inscitia. Locus Senecæ patris a Titio deprauatus.

Seneca pater in Controuersijs: *Premo interim gemitus meos, & introrsus hærentes lacrimas ago. Nihil est importunius ignaro Grammatico: nihil inciuius. In loco plano & puro offendis. Ne tecum ego quoque nugas agam, aio hærentes lacrimas vocari, quæ iam iam casuræ in extremo sinu genarum continentur. Sic Seneca filius dixit, guttam esse in extrema regula, quæ in eo est, vt propemodum casura adhuc pendula hæreat. Digna vero animaduersio, quæ integram Diatribam sibi vindicaret. Sed acumen Titianû videmus. At quod arentes lacrimas legis, ridiculum. quæ enim arent, nullæ sunt, & euanescent. Quomodo igitur continetur?*

Cap. XX.

25.

Liuij locus a Titio male exponitur. Titij διορισία.

Liuus: *sed curæ suat Consulibus, & senioribus patrum, vt imperium suo vehemens, mansueto permitteretur ingenio. Interpretaris, suo vehemens ingenio, hoc est propter Appij immitte ingenium. In quo videmus iudicium tuum. Suo ingenio est, suo pte ipsius ingenio. Idem esset, ac si dixisset: imperium suo pte ingenio ac per se vehemens. At Latinum esse putas: suo ingenio imperium vehemens, ingenio ipsius Appij vehemens? quia scilicet ita loquitur idiotismus tuus. At quorum Synesij, Horatij, Ouidij, Persij exempla adduxeris, nondum potui comminisci, & nunc, cum hæc scribebam, non mediocris admiratio rei me inceserat. Nam non solum ea quatuor testimonia, nihil simile aut com-*

Cap. XXII.

26.

mune cum Liuij loco habent, sed & inter se tam dissimilia sunt, quam lapis, & arbor. Iterum dicam me non satis mirari potuisse, quorsum illos locos adduxisti. Neque in his libris aliud inueniet lector, quod magis miretur.

Titij ἀδολογία.

Cap. XXIII.

27.

Legant studiosi hoc caput. ἀδολογίαν tuam mirabuntur. Legenti historiolum apud Stobæum, quærenti cui loco adaptares, quia nolebas otiosam esse, occurrit locus ille Martialis, in quo nihil est obscuri. Et tamen tam bene conuenit illi cum eo loco Stobæi, quam quatuor illis testimonijs, cum loco Liuij superius citato.

Titij ineptia, ἀδογία. calumniosa obtrectatio. Iosephus Scaliger ab eius debacchatione vindicatur.

Ca. XXV.

28.

Iosephus Scaliger alioqui doctus, & de literis non omnino male meritus (dixissem optime, si aliquantulum modestius a bonis auctoribus manus cōtinere sciuisset.) Ergo iste Scaliger, si aliquod nomen in literis consequi vult, id non potest, nisi hac rogatione. Velis, iubeas, Roberte Titij, ut iste nescio quis Scaliger bene de literis mereat, quandoquidem penes te vnum est lex & norma loquendi. Sed interea castigandus est, antequam prærogatiua Titia, & iure vocata Cispalinæ eum doctum declarent. Apud Propertium legitur: *sub quorum titulis Africa tonsa iaces.* Scaliger putat dictum, ut illud ἡμετέρας βουλὰς ἀσπίστα μὴ ἐκείεσθαι δόξαι. Sed Tribunus plebei Titius vetat. Nam Cicero vertit, *Consilijs nostris laus est attonsa Laconum.* Nam apud

apud Ciceronem est *Attonsa*. apud Propertium
Tonsa. Quid pluribus? Africa tonsa dicta est, quod
 Ægyptij caput radebant. Ergo. Quid? Conclude.
 Ego ipse ineptus sim, & otio meo abutar, si pluri-
 bus hæc deliramenta persequar. In Græco versu ad
 verbum ita vertitur: Nostris consilijs Sparta to-
 tondit gloriam suam. Ego non satis capio quod
 effugium captas ex differentia Tondendi & At-
 tondendi. Nam si quominus Propertio cum Græ-
 co versu conueniat, per solum verbum Tondendi
 stat, iam nullum in eo discrimen erit, quandoqui-
 dem & Tondere est in Græco. Sed quid tondere
 & attondere crines differant, ego plane ignoro,
 præsertim cum Virgilius dixerit de iuba mularum,
 Bidente dicit attondisse forcipe comata colla, quæ
 colla in mannis tonsa vocat Ouidius. Quid ergo
 vis Titij? Africa totondit gloriam suam, non putas
 posse dici, vt Sparta totondit gloriam suam? Item
 Africæ attonsa est gloria, vt Spartæ attonsa est glo-
 ria? Quomodo te placabimus? Remitte paulisper
 de seueritate. Dic aperte, quid vis tibi? Nondum
 enim liquet nobis. Ais Africam tonsam dici, quia
 Herodotus scripserit Ægyptios caput rasitare soli-
 tos. Ergo Ægyptij idem, qui Carthaginienses, de
 quibus sentit Propertius. Radere & tondere, idem.
 Ægyptij, ergo Carthaginienses. Radunt, ergo ton-
 dent. Quis vnquam hominem vidit secutiorem
 existimationis suæ? Potuitne quicquam futilius
 pronunciar? Quis vnquam audiuit Carthaginien-
 ses caput rasitasse? Nimum te tolerauimus.

I
 I

Calumniæ. Iosephus Scaliger defenditur.

Ibid. 29. **N**ON contentus existimationem tuam prosti-
tuisse, alienæ fucum facis. Ais enim Scalige-
rum non contentum tantum facinoris in se ad-
mittere, vt Tondere & Radere, Carthaginem, &
Ægyptum idem esse existimauerit, ausum esse cor-
rigere Africa tanta. Recita Commentarium. Africa
tonsa iaces, *Esset simile illi: ἡμετέρας βουλὰς Σπάρτα ἰδὴ
ἐκείνα το δόξαν.* Consilijs nostris laus est attonsa Laconum.
sed noster, TANTA IACES. Quod dictum *Σαυμα-
σιχός.* Quid flagitij ille fecit, si veterem lectionem
interpretari voluit? Apage, apage barbarè, imperite
omnium, qui viuunt, insanissime. Nimum debac-
chatus es.

EX LIBRO VII.

*Titij incredibilis stoliditas. Iuuenalis locus pessime
ab illo exponitur. Titij φλογομανία. α. πυρομανία.*

Cap. II. **I**uuenalis Satyra V. *Quj regitur parma, & galea,
I. Imetuensiq;ue flagelli.* Discit ab hirsuta iaculum tor-
quere capella. Verba diuina Roberti Titij: Interpre-
tes omnes hic se ridiculos præbent: atque illi præ-
cipue inscitiam suam produnt, qui se alios doctri-
na superare iactant. Vide quæso quid Chalderi-
nus, quid Britannicus, quid Valla, quid Mancinel-
lus, quid Merula super eo loco scriptum relique-
runt. Moriar si risum continere poteris. Audio;
Roberte Titij, & quidem miror. Sed expecto quod
remedium huic tam repentino malo excogitasti.

Nam, quantum video, Annibal ad portas. Ais ergo Iuvenalem allusisse ad veterū consuetudinem, qui infantes hirci dorso imponere consueverūt, ut inde equitandi artem, simulque iaculandi peritiam minimo periculo primū ediscerent. Quod fere docet Homerus Odyssææ XII. - *ἤρόθεν δὲ οἱ ἦλθεν Ἀθήνη*

Ἄνδρ' ἄμας εἰκῆα νέα ὀπιθώτεα μήλων

Παναπέλω, οἷσι π' ἀνάκτων παῖδες ἔασι. Hæc tu totidem verbis. In quibus quæro ex te, an *μήλα* sint hirci? Quillum pecus, & caprinum idem tibi, ut Carthago, & Ægyptus. Cur vero infantes imponis hircis, qui nondum pedibus suis per ætatem insistere possunt? Deinde qui fari non possunt, quomodo equitate infuescunt? Quid quod *νέος* quantumvis *πανάπαλος* infans non est vel ex eo, quod per se incendit *μήλα*. Iuvenalis agit de tirone Romano. An tiro Romanus ab infantia sua in castris iaculis rudimenta prima militiæ periclitabatur? An hircis impositi equestria ludicra meditantur? Persuaserat Horatius hoc ex equis facere solitos: *Nescit eqmo rudis hærete ingenius puer*. Atqui tirones non erant ante togam virilem sumptam. Cuius induendæ finis decimusseptimus annus. Ergo tirones Romani maiores annorum XVII plus minus ex hircis iaculabantur? *ἑρεκλῆς ἀποβύπτει*, immanes hircos, in quibus tam grandes vesticipes inequitarent. Sane Tartessæ murænæ, aut Scarabæi Ætnæi nihil ad illorum magnitudinem. Sed & aliud fugiebat nos, nempe tirones Romanos regiæ Itirpis fuisse. Si quidem inequitabant hircos ea ætate, eoque filo corporis, *οἷσι π' ἀνάκτων παῖδες ἔασι*. Multum tibi debemus, Roberte Titi. Nā hæc hæctenus nobis ignota

erant. Et merito dixisti te non posse risum continere, cum Chalderinum & alios proletarios scriptores legis. Nam eorum nectar præ tuo nautea est. Quid quod discere torquere iaculum a capella, est equitantem in hircu torquere iaculum. Ita μήλων est hircus, & hircus capella. Et Parthus in equo iaculans, discit iaculari ab equo. Si omnes equi sunt Chironi similes, qui Achillem iaculandi & equitandi artem docuit, recte discere poterimus ab equis nostris torquere iacula. Sed nos *ἑὰ ἐκ ἐχίνατο μήτηρ*. Quare hoc indigni sumus. Iuuenalis dicit. Tu non vesceris aureis pomis, vt paterfamilias ipse, sed agrestibus, qualia tiro Romanus in aggere solet rodere. Nam in aggeribus eiusmodi ferebantur mala, auctore Plinio. Ergo regij pueri in tirocinio suo agrestibus pomis vescuntur. quia hoc ad rudimenta iaculatoria pertinet. Hinc Enthymema Titianum: Filij regum equitabant in arietibus: Ergo titones Romani discunt torquere iaculum a capella. Hinc etiam prouerbiū natum: Capra contra se cornua. Tu, lector erudite, hæc considera.

Locus Hesychij amplius disquiritur.

- Ibid. 2. **R**oberte Titi, *ἑπιβάτωρ μήλων*, audi quid dicunt Transalpini. Hesychius nunquam legit *ἑπιβάτωρ*, sed *ἑπιβήτωρ*. Ita efficitur id, quod vult Hesychius. Sed ridicula est lectio illa *ἑπιβήτωρ*, non magis quam pueri ex arietibus iaculandi tirocinium facientes. Vere non Aries, sed veruex fuit, qui ita putauit. Nam *ἑπιβάτωρ μήλων* est *ἑπιστάτης* & magister gregis, vel potius præfectus pastorum: cuiusmodi erant regij pueri. quod ex illo colligunt ver-

teres Critici. πάντα γὰρ κατέπρησεν ἀλλοδύς βυσσὶν ἐπ' εἰλι-
πόδεσσιν. Item. ἤδη μὲν ἐφόβησεν ὅτε βυσσὶν ἐπὶ λῆθιν ἠμετέρησιν.
Habet etiam exempla apud alios poetas, & Gram-
maticos veteres.

Loc^o Iuuenalis correctus. Capella. Apella Horatio.

EXPLORA inequitatione fabulosa arietum, Ibid.
quos tu miro artificio nunc in hircos, nunc 3.
in capellas transseuisti, audi veram lectionem Iu-
uenalis haecenus & tibi, & omnibus illis, qui
Transalpinos audaces vocant, ignotam; quam &
ipsi superciliosi probabunt sine vlllo dubio. Scri-
bendum enim: *Discit ab hirsuto iaculum torquere Ca-
pella.* Est enim Capella notissimum nomen Cen-
turionis illis temporibus, tironum exercitoris.
Capellas, cognomen Romanum fuisse, si igno-
ras, docebit te Ouidius: *Clauderet imparibus verba
Capella modis.* Hinc ruta Capelliana Martiali. Si-
milis error apud Horatium, qui ex animis homi-
num euelli non potest. - *credat Iudæus Apella.* Est
enim ἀπυλάς, nomen Iudæi tunc noti. Ante hos
quindecim annos ita hunc locum Iuuenalis emen-
dauimus. Ita etiam olim, si bene memini, Iosephus
Scaliger emendauit. Quæ emendatio confirma-
tur glossa veteris Grammatici, qui ad hunc locum
Capellam interpretatur Campidoctore, Capella
igitur Centurio tironū exercitor, & campidoctor.

Hellenismi inscitia.

Castiganda Hellenismi inscitia: ἀνδρὶ δέμας εἰκῆα Ibid.
πίπρω. Similis viro corpore iuueni. Non enim est 4.
εἰς δέμας, sed εἰκῆα δέμας.

Mira Titij hallucinatio, & διορισία.

Cap. III. **N**onne hoc dicebam, in Transalpinis salem non esse, cum Hetrusci alium Solem, alium Galli habeant. Alia læua, & dextra Etruscis, alia Gallis. Videamus subtilitatem: *Cum subito a læua Roscius exoritur.* Nemo hoc intellexit, præter vnū Titium. Oriens enim est dextra pars, occidens, sinistra. Ita sane, Titi. Sed poeta obuersa fronte ad auroram habebat occidentem a tergo. Aut enim necesse est hoc ita esse, aut falsum est in Italia occidentem *ὁκ δ' αμείπτου* orienti esse oppositum. Ergo poeta Auroram salutans, post tergum, vt dixi, occidentem habebat. Si ergo occidens est læua pars, & ab ea parte Roscius exiit, rogo te, quomodo eū videre potuit, nisi oculos in occipitio habuit, vt illa anus Plautina? Quid audebis hincere, Subtilitas? Nonne vides hic non de mundi, sed de ipsius poetæ læua agi? Itaque is, opposita fronte Soli orienti, videt Roscium extantem a læua sua, quæ ad septentrionem versa erat. Atque ita rem planam & cuius puero perspicuam *περὶ ἑρρία* tua fecisti, vt & obscura & impeditissima esset.

Titij διορισία.

Cap. V. **C**VR *πικραρχώτας* id est ciconicolores naues vocauerit Lycophron, breuiter causam reddidit Eustathius, & cum secutus Canterus: nempe quod a velis albæ, a reliquo corpore nigræ sint. Quod quis neget vere dictum? Neque enim aliter Lycophron ipse interpretaretur. Tu vis *ἀπὸ τοῦ παρρησίμου* ita dictas: quod nimirum earum insigne esset

Ciconia. Quid ineptius dici potuit? Ciconicolores, aut ciconicorpores naues dictas ab insigni? Perinde est ac si hominem *δακτυλιοχώρα*, quia anulum in digito habeat, vocares. *παροσημιον* non est millesima pars nauis, quin etiam ne pars quidem nauis, non magis quam conus galeæ est pars hominis. Tamen quis militem *λοφοχώρα* vocauerit, quod *λόφος*, id est cristam, aut *φοδοχώρα*, quod conum gestet in galea? Tu ne prima quidem præcepta Grammaticæ Græcæ degustasti, & nos doces Græca interpretari? Sed age: more meo concedam tibi omnia, quæ vis. Nomina imponebantur nauibus *ὑπὸ τῆς παροσημίου*. Nam & Luciano *ἡ ἴσις* est *ἐπιάνυμος* ἢ *νεώς*, & Ouidiana naus a picta casside Mineruæ tutelaris nomen habet. Quare nomina rebus imponuntur? Scilicet vt indiuiduum ab indiuiduo distinguatur. An ergo tota illa classis *πελαργοχώρατων* *νεών* vnum idemque insigne habuit, vnum idemque nomen? Hoc credam, Titi, siquidem omnes Liburnicæ, quæ in navalibus Venetiarum sunt, aut in portu Herculis Etrusco eodē nomine, & eodem insigni notatæ sunt. Nihil est ineptius a te dictum.

Περὶ παροσημίου νεώς quædam non vulgaris.

DOcebo te *περὶ παροσημίου νεώς*, quæ nescis. *Ἀπὸ τῆς παροσημίου* nauibus nomē imponi solitum diximus. Exigis testimoniū veteris auctoris. Ouidius: Ibid. 7.

Est mihi, sitque precor, flauæ tutela Mineruæ

Nauis, ἧς a picta casside nomen habet. Luciano: *πλὴν ἐπιάνυμον τῆς νεώς* *διὸν ἔχουσα πλὴν Ἰσιν ἐκατέρωθεν.* *παροσημιον* igitur fuit tutela nauis. Ita etiam interpretatur vetus Glossarium. Ita etiam intelligendum

de naue Pauli Apostoli, quam Lucas in Actis ait *παράσημον* habuisse *τοῖς Διοσκόροις*. quos Attici vocabant dualiter *τῷ Διοσκόρω*. Ee tutelæ in puppi statuebantur. Persius - *ingentes de puppe Dei*. Herodotus: *ἐν τῷ Ηφαίστου πύλαμα τοῖσι Φοινικίοισι θεοῖσι. Παπαῖνοισι ἐμφορέεσται, τοῖς οἱ Φοίνικες ἐν τῇ πρύμνῃσι τῶν πτελέων θελάροις*. Ex quibus cognoscimus non fuisse partem nauis, aut naui adhærere tutelæ nauium, sed puppibus tanquam signa aris superponi. Idem etiam post Herodotum Hesychius: *Παπαῖνοί. θεοὶ Φοίνικες, οἱ ἐν τῷ πύλαματι καὶ τῷ πρύμνῃσι*. Atqui inter veterum auctorum scripta legendum occurrit aliquando neque *παράσημον* esse tutelam nauis, neque tutelam statui in puppi. neque nomen nauis a tutela esse. Nam Scylla & Centaurus sunt naues in V. *Æneidos*. Eæ sine dubio *ἀπὸ τοῦ παρασημον* nomen habent. At Scylla, Chimæra, Centaurus in naue, quanuis sint *παράσημα*, non sunt tutelæ. Præterea ἡ ἐπάνωμος τῆς νεώς θεὸς Ἰσις apud Lucianum non est in puppi, sed in prora. Denique non semper *ἀπὸ τοῦ παρασημον* nomen habet. Nam etiam aliquando a forma. Claudius Quadrigarius: *Quinque Pristes: nauigium ea forma a marina bellua dictum est*. Pollux scribit nomen nauis ἐν ὀφθαλμῷ inscribi solitum. nimirum quod non omnes naues haberent *παράσημον*. Nam quæ habent, earum nomen frustra quæsiueris, cum *παράσημον* ipsum loquatur. τὸ δ', inquit, *ὑπὸ τὸ πρῶτον ἀκροστόλιον, Πηχὶς ὀνομάζεται, ἔσθ' ὀφθαλμὸς, ὅπου ἢ τῦτομα τῆς νεώς ὀφθαλμοῖσι*. Est autem ὀφθαλμὸς, foramen rotundum pone puppim, vnde ora, id est anchoralis funis eminebat. Ergo in puppi nomen inscribatur fortasse, quia in prora insigne non haberet: nisi

dicas in prora quidem insigne esse nominis indicem: ne autem ijs ignotum esset nomen, qui tantum puppim videbant, etiam in puppi ipsum scribi solitum. Sed ex his, quæ disputauimus, apparet aliud esse *παράσημος*: νεώς, aliud tutelam. quod *παράσημον* esset in prora, tutela in puppi, quod *παράσημον* ex ipso ligno proræ insculptum esset, neque eximeretur. tutela circumferebatur, & eximi, & imponi poterat, pro arbitrio. Denique *παράσημον* non semper Deus aliquis, cum esset aut *πρωτόμη κριοῦ*, aut alius animalis, vt in veteribus numismatis obseruauimus. tutela autem esset, vt res indicat, Deus, aut Dea. Præterea apud Ouidium nauis non a Minerua, quæ imponderetur puppi, sed a picta Mineruæ casside nomen habet, vt non Minerua, sed Galea vocaretur, quo nomine hodie omnes vocantur Liburnicæ. In nauis igitur Ouidiana tutelare nomen fuit Minerua, eaque imposita puppi fuit ex consuetudine. Galea autem Mineruæ fuit insigne nauis, idque ex ipso proræ ligno scalptum. Quare hæc vera sunt: & aliud est *παράσημος*, aliud tutela. & *Διόσκουροι* scalpti fuerunt in prorâ nauis Pauli Apostoli, non autem impositi in puppe. Quæ si tu primus obseruasses, quam petulanter in doctos homines inuectus esses, quia *παράσημον* & Tutelam, ex vetere Glossario idem esse, & *Διόσκουροις* in puppe Nauis Pauli fuisse constitutos censuerunt?

Titij διογισία.

ΥΠὲρ Κόχυδραν λευκὰ φαίνουσαι πίλα. Iam & πίλα, & *Ibid.*
 λευκὰ satis ostendunt cur Πελαργοχώρας dictæ. 8.
 Nam quia ciconiarū colorē attribuit, ideo & alba

vela attribuit, & vela pennas vocat, eandem insi-
stens metaphoram. At tu obstinato contra verita-
rem animo negas hic πῖλα esse vela. Remos autem
hariolaris, cum huic tuæ pertinaciæ retundendæ
fatis sit quotidiana experientia. Dic mihi, Titii
Quando naues longe in alto apparent, quid om-
nium primū ex illis nobis conspicuum sese objicit?
vtrum vela, an remi? Vela dices, si sapis. At remi ex
longinquo ne minimum quidem apparent. Quare
pessime hoc certamen certasti, dum supra Cante-
rum Græce peritissimum sapere voluisti Græca-
rum literarum imperitissimus.

Titij ὁμοιωσις. inscitia Grammatices.

Ibid.
9.

NEC te, quod classis centenis remiget alas, Terreat -
Centenas alas hic intelligis centum vela, &
quod vulgo dicitis, *Armata di cento vela*. Vapula-
bis, nisi ad Grammaticos redeas, a quibus nimis
cito ad hæc scribenda te contulisti. Nam si Latine
sciebas, poteras aliter sentire, si distributivum no-
men CENTENIS considerasses. Non enim ex
centum navibus classem constare significat (plures
enim habuit) sed singulis navibus centenos remos
fuisse, & πνθηκοστῆρες singulas fuisse, utrinque quin-
quagenis remis aptas. Immanes enim fuisse naues
Cleopatrx & inuitatae magnitudinis, præter Dio-
nem, vel vnicus Virgilius conuicerit. - credas inna-
re reuulsas Cycladas. Nam nauigia singula insulis
comparat. Quinetiam alia ratione Virgilio dicun-
tur velorum ala, aliter a Propertio remigij ala. Sic
Æschylus λιτόπιερ' ἔβρεν γαυπικὸν ὄχηματα. Nam apud
Virgilium sunt πικρῶν: apud Propertium τάρσος

Et tam naui, quam aui *ἄροισι* attribuit vulgus Poetarum, & contra remigium alarum etiam illis dicitur. In hoc sane requiro eruditionem. in illo vero etiam iudicium, quod stulte & pueriliter putas a Propertio dictum nauem remigare velis. cum id non magis dici possit, quam pedibus ambulare.

Titij inscitia. χλίσκος.

NON secus atque anserculus ille, de quo Lucianus. *Ibid.*
 nus. Nihilo felicius *ἢ τὸν χλίσκον*, quam illa superiora tractasti. Nam *χλίσκος* non fuit *ἄροισιμον* τῆς *10.*
νεῶς, cum manifesto ipse Lucianus *ἐν ἀρχαῖς, χλίσκον*
 in puppi statuat, *ἄροισιμον* autem *ἴσθιν* in prora. Miseret me tam absurda pronunciantis, atque semper ea, quæ contra te faciunt, in medium producentis. In argenteo nummo Vespasiani visitur Victoria puppi superposita cum Chenisco elegantissimo, qui nihil aliud erat, quam puppis fastigium in collum anserinum deformatum. Alijs nauibus fastigium puppis capteolatim, vt lituus, conuolutus erat. Hoc plane ex veteribus numifimatis colligere potes.

Lucianus emendatur.

NON aduertisti mendum in Luciano, non ferendum, atque adeo eiusmodi, vt ab Italo homine *Ibid.*
 magnum caput Contronerforum expleri posset. *II.*
ἢ ἄροισιμον ὑποβέβηκεν. Nam sine vlllo dubio *ὑποβέβηκεν*
 legendum. Dixit enim *ἢ τὸ ῥύμνα μὲν ἐπαιέσθηκεν*. ergo
καταπικρὸν ἢ ἄροισιμον ὑποβέβηκεν. Elata enim est puppis,
 at ex proportione prora depressior, vt infesto rostro occurrat. Bullatis nugis turgeret pagina tua, si hoc animaduertisses. At *ὑποβέβηκεν* ridiculum. Hoc

enim modo ἢ περὶ εἰς diceretur τῆς ὑψιπλῶ περιμέτρων
 ὑπερβεβηκέναι. Ne tu quidem hoc mihi concederes.
 Sed errorem in Græcis tibi condono. Confiden-
 tiæ enim tuæ duntaxat bellum indixi.

Mira ὀργασία, ἔ ιδιωπία.

Ibid. **S**TOLIDE Ciconias apud Varronem pro Che-
 12. niscis puppium accepisti illis versibus:

*Atnos caduci naufragi Ciconia,
 Quarum bipennis fulminis plumas vapor
 Perussit alte, mæste in terram cecidimus.* Cum sint

ipsissimæ Ciconiæ aves ex alta turre, vbi congesse-
 rant, fulmine in terram deiectæ. Si essent χηνίσκοι
 nauales, vt tu vis, quomodo ceciderunt in terram,
 non in mare? An non egregie nugatus es? At vox
 naufragij, quæ te in errorem impulit, μεταφορικῶς
 sumpta. Quot foracum satis sit tot erroribus
 huius capitis vehendis?

*Amplius de locis Aristotelis &
 Aeliani deliberatur.*

Cap. VI.

13.

ARISTOTELES Rhetoricorum primo: ἔ ἴς ὃν περὶ τὸν
 εἰκώμιον ἐποίησεν, ὃς εἰς Ἰσπόλορον, ἔ Ἀρμόδιον, ἔ Ἀε-
 σογίτωνα, τὸ ἐν ἀγροῦ σαθῆναι. Putas legendum ἰσπόλικος:
 eumque esse, quem Aelianus scribit statuam dona-
 rium dicare voluisse. Quid si Aeliani locus corrup-
 tus est, non Aristotelis?

Plagium Titij. Mira ὀργασία.

Cap. VIII.

14.

DE Philippeo nihil noui adfers. Hoc ab alijs,
 quorum nomen dissimulas, didicisti. Rem tan-
 tum exemplis auxisti. Sed per geniū tuum, amabo,

dic nobis, quid velis tibi illa aurea sententia tua: Intelligere oportet Numisma, vel argentum. Nam de Pecunia dicimus Philippum. Nam quæ differentia est, Titi, inter numisma, & pecuniam? Non satis in hoc ludo vestro exercitatus sum. Quid præterea sit Philippeum argentum, nescio, neque qui meliore ingenio sunt, quam ego, intelligere puto. Nam aureos Philippos, & Philippeos legi: vt Darios, & *Δαρδανούς*. Doce hoc ornatissimum senem P. Victorium, popularem tuum. Nam tamen Transalpinus non est, tamen eum hæc nescire, certo scio.

Inciuitas Titij.

IS vero Augiæ fimetum egerere sese postulet, qui Cap. XVI.
 omne sterco ex his libris tuis euerrere velit, Roberte Titi. & sane purgare errores, quos populares illi tui Beroaldi, Merulæ, Auantij, Baptistæ Pij his tribus poetis insperferunt, hic vero fuerit plusquam Hercules labor. Dolet vobis homines Transalpinos vos docere, quæ nesciebatis. quicquid autem ignoratis, hoc a vobis error vocatur. Videamus quæ causa bacchandi tibi fuerit. Quod Tantalum posuit *ἐρπύζοντα καὶ ἵνα πολυφλοίσβοιο λίμνης*, cum Homerus, & reliqui poetæ in medijs vndis sitientem faciant. Adeone tui similem putasti illum, vt rem tritissimam ignorarit, Tantalum in medijs vndis sitire? Sed nisi fallor, putauit aliam pœnam a Tibullo illi imponi. quemadmodum Euripides non illum in medijs aquis sitientem facit, sed *ὄφρα πόντος πέσσει* ac iam iam casurum metuere. An propterea totum Tibullum corripit, si in vna re a reliquis dissentit? O hominem impudentem. Quid ille dicet,

cum tuos Controuersos locos lege: Inueniet quod sit supra Tantali labores, si illos ad verbum castigare velit: nisi transuerso calamo culpæ notam illis allinat. Hoc enim modo magnis rædijs defungetur. De verbo Circare habes in Glossario illo optimo. item inde Circitor in Epigrammate: *Quid mecum tibi, Circitor moleste.*

Locus Lucretij a Titio deprauatus. Insignis inscitia Titij.

Ca. XVIII. **V**T tu impune locum elegantissimum Lucretij
16. corrumpas? Ut tu confidentissime peruertas omne quicquid ignoras? Edico tibi: non feremus. Versus Lucretij:

*Denique in æthere non arbor, non æquore in alto,
Nubis esse queunt, neque piscis vivere in aruis. Ele-*
gantissima elementorum *πλοκῆν*. Cælum, inquit, non producit arborem peculiarem terræ, sed nubes. Mare non producit nubes peculiare cæli, sed pisces. Terra non producit pisces peculiare maris, sed arbores. Quis adeo cæcus, ut non videat nullum vitium hic subesse, sed elegantissime *ἰδιότητος σοιχείαν ἐν κώκῳ* hic reddi? At tu de Lambino, Gifanio (nam tuum Baptistam Pium nihil moror) triumphas, tanquam monstra terræ Hercules domueris. Potuitne (exclamas) quicquam a naturali ratione magis alienum pronunciarī, quam nubes in mari non gigni? Sane, Titi, quæcunque ista vestra philosophia est, nubes non concrescunt in mari, sed in aere ex mari. quod intellexit Lucretius. Versus vero Virgiliani, quos adducis, nihil aliud clamant.

Eripiunt subito nubes cælumque diemque
 Teucrorum ex oculis. - Modo tuum Beroaldum
 iniquis modis accepisti de hebetatione visus dispu-
 rantem: cum tamen nouæ philosophiæ auctor sis,
 nubes in mari gigni. Ergo Centauri illi, & Chime-
 ræ, atque Hippopotami, qui ex concretis nubibus
 efficiuntur, quorum etiam Aristophanes *νεφέλαις*
 meminit, ea omnia, inquam, posse in superficie ma-
 ris fingi philosophia tua coegerit. Euge Philoso-
 phe, aperi Lyceum. Cras ad te audiendum con-
 fluent iuuenesque senesque.

Titij ἀγορία. inscitia.

CUR autem ita restituerim, facti ratio in prom-
 ptu est. Scribit enim Plinius libro II niues in
 alto mari non cadere. En Aristarchum. Tibi pro-
 bandum erat niues in mari non gigni, vt arbor gi-
 gnitur in terra. At Plinij locus nihil ad rem, cum
 ipse dicat niues alto mari non cadere de cælo. vel,
 vt breuius dicam, alto mari non ningere.

Ibid. 17.

Titij inscitia.

PLACET ratio tua, quare Pontus *νερός* dictus
 Theocrito. Quia, inquis, tanta est copia flumi-
 num in illum ingredientium, vt non modo vires,
 verum colorem mutet. Quanquam obscure lo-
 queris, tamen suspicor velle re, ninguidum Pon-
 tum dici, quia eius color non sit cæruleus, vt reliqui
 maris, sed albus. Quod quam verum sit, tu ipse vi-
 deris. Neque enim ibi Theocritus aliud per Pon-
 tum intelligit, quam regionem Ponti: vt cum dici-
 tur Mithridates rex Ponti, Polemo rex Ponti. Eam

Ibid. 18.

regionem inclementissimis frigoribus infestari, & maximam partem hiemis niuibus operiri in Colchide & vicinis tractibus, ne tu quidem, quanuis ignarus es & contumax, negabis. Neque Ovidius in ijs versibus, quos adducis, aliud intelligit, quam falsum maris saporem dilui confluuiio tot aquarum dulcium in Euxinum irruentium. Cuius rei Strabo, alijque meminerunt. Pro *diluiturque color*, inepte, *dilutiorque color*. Productam syllabam corripuisti.

Ignorantia Græcismi.

Ibid.

19.

Κυμα δὲ μὴ περιπαλάζον ἐρύκεται ἔνθα & ἔνθα. Habebas in animo ἐρύκα), non ἐρύκε), cum vertebas: "Fluctus autem accedens atque recedens ipsum absorbet. Sed non semel in Græcismo balbutis.

Titij ὀμοιότης. Locus Pollucis ignoratus Tirio. Ἰσοσπᾶτοι quid. Mos antiquus in probatione equorum.

Cap. XX.

20.

ΣI equi illi dicuntur κοππατιαί, mirum quare Κορπατίj dixisti, non autem Κορπατία. Item illud "non intelligo: Scribit Pollux quibusdam equis non ita generosis imprimi quoddam signum consueuisse, quod περισπῶν diceretur. Verba Pollucis: τὸ μὲν οὖν τοῖς ἀπληροῦς τῶν ἰσπῶν βελήμονοι σημεῖον, τρυσπῶν ἐκαλεῖται. Id est: Nota, quæ equis defectis imponitur, dicitur Ἰσοσπῶτοι. Equos illos defectos Galli *recrens* vocāt, quasi recruduerint. Clarius Hesychius: Ἰσοσπῶτοι, τὸ χαλακτῆρα τὸ ἀπὸ τῆ βουλῆς ἐν ταῖς δοκιμασίαις τοῖς ἀδυνατίαις & πηρὺμοις τῶν ἰσπῶν ἐπιβελήμονοι, ἵνα μὴ κῆν θραύθωγται, τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖται τρυσπῶτοι. Ἐχρὸς δὲ ἢ ἀβελήμονος χαλακτῆρ τῆ γὰρ τοῦ τῶν ἰσπῶν. Ex quibus palam

palam est, in probationibus equorum, eos a magistratu inuri nota solitos, quos olim labore exhaustos, aut defectos viribus, aut senes deprehendissent, ne scilicet in bello peccarent ad extremum ridendi, & illiā ducerent. Quo allusit proverbiūna ἴσσω γεγάκοντι τὰ μέγιστα κώκ' ἐπιβόηε. item Eupolis: εἶδ' ὡσαύτ' ἴσσω μοι ἐπιβόηεις πρῶσιππων. Quod vetustatis monumentum tibi invidere nolui, vt locum Pollucis, quem imperite exponis, illustrarem.

Locus Plauti a Titio contaminatus. Saltus. Insolentia & incivilitas Titij in Erasmus.

Pessime locum Plauti contaminasti, dum pro-
 uerbiū illud, *Iam ego vno in saltu lepide apros*
capiam duos, exponis. Censes enim præpositionem
 IN delendam, & legendū, *vno saltu*. Mirificus
 chirurgus es, semper τὸ κακὸν τῶ κακῷ ἰώμενος. Atqui
 nullus est morbus. nullā medicina adhibenda.
 Quid autem sit vno saltu capere duos apros, aut
 quæ διωχία venationis hæc sit, aut quis tam valens
 venator, vt non solum saltando, sed & vno saltu
 etiam duos apros capere possit, nostri Transalpini
 satis mirari non possunt. Vos Hetrusci, qui vno sal-
 tu duos apros capitis, scitote nos Transalpinos ma-
 ximo nostro, equorum, & canum periculo apros
 adoriri solitos. At scin' quomodo? vt sane quivis
 Etruscus saltus & saltationis oblitus protinam se
 conijciat in pedes, si huic palæstræ non assuenerit.
 Quare videris, quid saltus pedum tuorum in venatu
 faciant. Nos scimus de saltu siluarum intelligendum
 apud Plautum, neque eum locum a te contami-
 nari debuisse. At illa ingens aprorum captura

Cap. XXV.

21.

in Bazaniæ regione ab Alexandro facta non in vno saltu, sed per indaginem facta est, apris ad retia, aut ad venabula latratu canum actis. Saltum vocat Plautus hoc loco, quod Horatius fruticetum. *fruticeto excipere aprum*. Nostri venatores *buisson, hallier* vocant. Sed tu urbano otio marcidus huic spectaculo nunquam interfuisti. Nunquam enim locum Plauti temerare ausus esses, neque tam confidenter Erasmo obtrectari, cuius interpretationem eiusmodi esse ais, vt mense Iulio ingens frigus gignere possit. Eleganter, lepide, argute, vt nihil supra.

EX LIBRO VIII.

Titij inscitia.

- Cap. III. **E**T ride, positis scaphium cum sumitur armis. Ais esse
 1. vas liquori continendo aptum. Quid noui adfers? An nescis esse matulam muliebrem? *In scaphium mæchæ, sardanapale, tuæ*. Martial. *σκάφην*; Latine linter.

Plaustrum errorum.

- Cap. VII. **P**Lautus: -*suam non enim ille meretriculis moliendis*
 2. *rem coegit*. Ais moliri mulieres esse, exornare. Mira sane locutio. Idque probas eo: *Dum moliuntur, dum comuntur, annus est*. Præsertim cum in Plautino exemplo deponens sit. hic autem mere passuum. Hæc ego non capio. Neque Exugula, neque tum Exugere vnus facio assis. In versu Theocriti fugit re-leuis nec leuis error. *τί μὲν λέγειται. τί μὲν λέγειται*. In te hoc negligendum non est, qui ex eiusmodi integra capita conficere soles.

Titij inscitia. ἐπισροφή. αἰασροφή. μεταβολή.

A Pud Virgil. Extēplo turbatae acies, versique Latini Cap. X.
Reijciunt parmas, & equos ad mania vertunt.

Troes agunt. princeps turmas inuadit Asylas.

Iamque propinquabant portis, versique Latini

Clamorem tollunt, & mollia colla reflectunt.

Hi fugiunt, penitusque datis referuntur habenis.

Hoc genus pugnae, quod sumptis tergis ac redditis fit, vis esse quod Polybius dicit μάχη δὲ ἐκ τῆς αἰασροφῆς ἔ μεταβολῆς. In quo immane quantum falsus es.

Nam praelium sumptis tergis, & redditis, fit simulatione fugae: at ἐν τῇ μάχῃ ἔ αἰασροφῆς ἔ μεταβολῆς, nulla fuga. Estque ὁμημεταβολῆς, non simulatio fugae.

Ἐπισροφή est conuersio integrae aciei tanquam versatilis scenae, aut vnius corporis. Ea fit aut ἐπὶ δόρυ, ἔ ἐπ' αἰσίδα, id est ad dexterum, & sinisterum

cornu, & dicitur μεταβολή. aut ab hastatis ad Triarios, & dicitur αἰασροφή. Quid huic commune cum illa?

Nam praelium tergis resumptis ac redditis fit hostibus insequentibus, hic in eodem loco. differt tantum, quod quae sunt dextra, fiunt sinistra, & contra. item, quae in fronte, sunt in extrema acie.

Hec ὁμοίωσις tam similis tuae fugae, quam κίνησις ἢ κώκω similis τῇ μάχῃ μεταβολῆς. ἐπισροφῆς, est similis vmbrae

Gnomonis in Heliotropio, quae super eodem centro circumagitur. At praelium resumptis tergis ac redditis fit ἐκ τῆς ἀποσπείσεως, & longe relicta statione pristina. Quis erroribus tuis numerandis par erit?

Tam bonus imperator hic fuisti, quam alibi bonus venator, qui saltu apros capis.

*Mira Titij pernicious. Locus Propertij a Titio
fœdatus. Incredibilis d'ignitas.*

Cap. XI.

4.

QVIS ~~deperit~~ tuam ferat? In versu Propertiano non vides quomodo toleranda sit vulgaris lectio: *Et citius nigros sol agitabit equos. Legis Pigros.* Quare hoc facias, causam comminisci non potui: & quidem nunc hæreo: præsertim cum videam te iniustjorem esse in illos, qui hunc poetam ope veterum codicum restituerunt. Quare qui mihi animi tui sensum declarauerit, eum ego Oedipum esse dixerò. Nam quid vis, cum ais ~~et si uerum non~~ esse, si Sol niger & obscurus fiat? obsecro te, quæ est ista subtilitas tua?

*Titius aliorum simia. Licinius. Super loco
Seruij quæsitum. Sal terræ.*

Cap. XIII.

5.

QUOD de Seruij errore super Panacea scribis, iam multis annis ante te Ob. Gifantius optime de Lucretio meritis id animaduerteterat: qui & Lucillius pro Lucretio reponendum sibi videri scribit: ut mirer te paullo ante Canterum castigasse, quod Floridi nescio cuius analecãa verretet. Nos vero censemus a Lucillio nusquam Panacis mentionem factam fuisse, cum Seruius non vno loco mentionem eius ab eo factam dicat. Ex quibus apparet fuisse poetam, qui nominatim de eo scripserit. Et quis alius fuerit præter Licinium Macrum? Ergo Licinium, non Lucretium legendum censeo. Nam vno tantum loco meminit Lucretius libro II. Quod si Panaces sal dictum est, videndum, an eo modo dictum, quo Centaureũ dicitur fel terræ.

Sal, enim dictum fuerit, propter insignem Panacis acrimoniam. quanquam acrimonia panacis non eadem cum acrimonia salis. est enim Panaces *πρωτικόν* potius, quam *δημυρόν*. Ego hæc intetim ita dico tanquam sollicita manu tenebras explorans inertes: atque ita in eam partem accipi volo. Nam *πανακίς* *δίας* potius a Græco poeta dictum fuerit, quam a Latino Sal pro Panace.

Imperitia Hellenismi.

R IDICULA ratio, quam adfers, & ut solet, cum maxima Hellenismi imperitia coniuncta, Panaceum esse epithetum salis. *Πανακίς* neutrum ex communi ὁ ἢ *πανακίης*. Et substantivum ἡ *πανακία*. ὁ ἢ ἢ *δμηθής*, τε *δμηθές*. ἢ *δμηθία*. Quo autem modo adiectivum *πανακίος* formes, eodem & *δμηθός* dixeris. Philosophia vero tua, & ea disputatio, quam *ἰδιότητις* *τοῦ πανακίου* instituis, eadem est cum Grammatica tua. Itaque ambæ risu magis, quam confutatione dignæ.

Ibid.
6.

Solæcismi Titij. Barbarismi.

S Olæcismi & barbarismi castigandi: Aristoteles *ἰδίῃ* *ἠθικῶν*. Item Nilum Europam præterlabere, & *πλὴν ἡμῶν* *εἰληφον*. medietatem accepit. Hæc æquo animo patere a Transalpino homine.

Cap. XIII.
XV.
7.

Titij tirocinium. pernicacia. inscitia.

S Olens facis. Lectiones nuperas & novitias, & in stuatorum popularium officina cusas pro veris, & veteribus tueris nulli absurditati parcens. In versu itaque Tibulliano: *Dux pecoris hircus: duxerat*

Cap. XVI.
8.

hircus oues: vulgares editiones non habent duxerat, sed auxerat. quod tu mordicus tenes. Intelligis enim hircos capras inire, atque ea fœtura, quæ ex eo initu prouenit, gregem augeri. Ponamus veram esse lectionem vulgaram. Hircus dicitur augere gregem, quia ad numerum ouium accesserit. Atqui hoc non sentiebat Tibullus: sed ἐπιζημιος, quam adiungit illis verbis, DVX PECORIS HIRCVS, necessario exprimit nouam, & inauditam rem, nempe hircos ouibus præire. Necessario igitur sequitur verbum respondens τῷ DVX. Quod & cæco paret. Et mirum te adeo obstinate ἀειροῦν esse, vt non te pudeat ὁμοίᾳ τῇ δὴν δὲ αὐτοῦ χορῆν. Præterea, si adeo communis sensus expers es, vt & meridie caliges, saltem attendisses, quæ Iosephus Scaliger olim in eum locum adduxit, nulli antea animaduersa. Non solum enim ille ouibus hircum præire aliquando in more positum fuisse dicit, sed etiam capras, quæ præirent, καὶ τοιαύτας vocari solitas scribit ex Pausania ἐν βοιωτικῆς. Quid aliud vis præterea? Si hircus est Dux pecoris, vt ait Tibullus, quid illud ad fœturam hircorum & ouium? Et tu verabis nos ridere? Neque video, quid in Mureto, & Scaligero reprehendis. Nam si negas hircos, aut capras sectarias ouium fuisse, en Tibullo hircus est Dux pecoris, & capra κατὰ Pausaniæ. Nugaris ergo, & κορυφαρῆς. Si auctum gregem ouium fœtura hircorum dicis, id ad mentem Tibulli non magis facit quam lana caprina. Nam de sectarijs hircis intelligit Tibullus, non de fœtura.

Titij inscitia. Tityrus quid.

QVOD ex Isidoro adducis, id plane te condi- Ibid.
gnum est: nempe Tityrum Astorum lingua 9.
esse hircum, qui ex oue, & hirco natus est. Cum
Tibullus dicat, atque sentiat ducem ouium hircum
fuisse, vt iam diximus, non opus erat de foetura a-
gere. Non enim efficis, quod vis. Quod ais de Ti-
tyro, scito apud interpretem Theocriti ita scriptum
esse: Τίτυρον οἱ μὲν κριόν, οἱ δὲ Σάτυρον εἶναι φασιν. Sane
Doribus Τίτυρος est Σάτυρος. vt contra σαῦτις pro τῆτις.
τήμερον, σαίμαρον. & ὑπερινός αὐλός, ἀτυεικός. hoc est
πλαγίαυλός.

Solini locus a Titio contaminatus. Vasca tibiae.

Assae tibiae. Prouerbiū Hispanicum.

QVEM te vocem? Solinus meminit Vascarum Cap. XVII.
tiliarum, quæ foraminum numeris præcen- 10.
torias antecedunt. Ne expectationem lectorum
moter in earum tiliarum inuestigatione, præsto
est optimum vetus Glossarium, in quo scriptum
extat: *Vasca, μέγιστη πικρὸς αὐλός.* Quid amplius vis? Abs-
que illo Glossario foret, quam multi frustra buccas
tenderent illis tibijs inflandis? Ecce tu Istmenias ti-
bicen, aut Aristoxenus, Assas, non Vascas corrigis.
Quare? An improbas auctoritatem vetustissimi
Glossographi? Quare Assas mauis? Seruius: *Assae
tibiae dicuntur, quibus canitur sine chori voce.* Audio.
Sed quid tum postea? Titi, satis diu inscitiam &
audaciam tuam pertulimus. Sine nos animam re-
cipere. Interea ex me hoc discito: Assum esse me-
rum, cui nihil admistum sit. Sic nullas tibias priua-

tiū Affas dici posse: sed omnem symphoniam affam esse, cui cantus absit: hoc est, cui cantus non intermiscetur. Conuersa vice, affam vocem esse, a qua absit symphonia: hoc est, cui tiliarum cantus intermissus non sit. Plane omnis vox sine tibia, & omnis tibia sine voce, affa est. Nolebas, inquis, diutius studiosorum desideria morari. sed quantum video, paulo temporius surrexisti, quam opus erat. Addam huic animaduersioni, quod lectorem ex istis tetricis nugis tuis reficiat. Vasca est *αδυστηκός* *αίλος*, vt diximus: hoc est, qua tirocinia tibicinæ artis periclitabantur veteres illi. Quia vero illam artem meditantibus, vsu venit ob frequentationem, vt aures assiduis imaginibus vocum personentur, hinc factum, vt homines insomnia laborantes, & incertæ quietis idiotismus Hispanicus elegātissime dicat, Vascas habere in capite. & equos inquietes vascosos vocat: quod & Itali exercitores equorum hodie vsurpant ab Hispanismo mutuati. Ab illa tibia, o Titi, prouerbiū Hispanicum propagatū est. Tantum abest, vt Vascas in Affas mutare debueris.

Patulus orbis Horatio. Inscitia Titij.

Cap. XXII. **N**E minimum quidem tibi suboluit quid per patulum orbem intellexerit Horatius: Sed quia locus ille Horatij ab omnibus frustra tentatus, a Iosepho Scaligero plane illustratus est in Commentario in Catullum, & per plurima ad eum locum attulit nulli audita neque intellecta prius, si quid ego iudico: eo lectorem remitto, vt ex illis & inscitiam tuam castiget, & malignitatem exagitet, qui ab eo viro illum locum Horatij illustratum

fuisse dissimules. Inepta autem prorsus sunt, quæ de fatali crusto Virgiliano, & si quæ sunt similia, effutisti. Neque quorsum illa a te adducta sint, in promptu est iudicare.

Loc^o Plinij a Titio cõtaminatus. Plini⁹ explicatur.

Plinij verba de Laserpitio: *Multis iam annis in ea terra non inuenitur, quoniam publicani, qui pascua conducunt, maius ita lucrum sentientes, depopulantur pecorum pabulo. Nodum inextricabilem hic inuenisti, quod confidenter te soluturum polliceris homo acutissimus. Maeste virtute, Titi. Nos istius nomine magnam habemus gratiam. Sed dubitatio prius proponenda. Si, inquis, ager ille tantam laserpitij copiam fundit, vt pecori alendo sufficiat, qua nam ratione dictum erit a Plinio, multis iam annis in ea terra non inueniri? Tandem eo rem deducis, vt locum esse corruptum nõ dubites. Neque malum indicare contentus, remedium etiam polliceris. Legis enim: Multis iam annis in ea terra non inuenitur. scilicet ad nos. Hoc enim tibicine ruentem scripturam fulcis. Sed oscitanter Plinium legisti, cuius integro loco apposito facile hunc somnum edormies: Ab his proximum dicitur auctoritate clarissimum Laserpitium, quod Græci Silphion vocant, in Cyrenaica prouincia repertum: cuius succũ vocant Lascr, magnificum in vsu medicamentisque & ad pondus argentei denarij pensum. Multis iam annis in ea terra non inuenitur, quoniam publicani, qui pascua conducunt, maius ita lucrum sentientes, depopulantur pecorum pabulo. Vnus omnino caulis nostra repertus memoria, Neroni principi missus est. His verbis Plinij manifesto indi-*

Ca. XXIII.

12.

catur mancupum avaritiam non pati Laſerpitium in caulem aſſurgere, quia ſcilicet illud depopularentur omne pecorum pabulo, adeo vt vnus caulis, qui pecoris auiditatem ſefellerat, pro miraculo Neroni miſſus ſit. Eadem quoque ratio eſt, cur non inueniatur. Nam ſtatim in tenero caule depaſcuntur pecudes, neque *πλεσφορέν* ſinunt, neque adeo in ferulam aſſurgere. Iam vero ex ferulaceo Silphij caule olim lac educebatur, ex quo compendium mercatoribus. Ita ſit, vt neque caulis, cum a pecudibus depaſcatur, neque lac, quod ex caule elicitur, in Cyrenaica reperiretur. Simile dictum, ac ſi ſegete virenti depaſta, ſpicum nullum in eo agro reperiri ſcripiſſet. Sic Laſerpitio depaſto nullum laſer reperitur. Vides non ſolum verba Plinij a mendo, ſed etiam ab omni obſcuritate vacare.

*Caſtigatur Solinus. Virgultum. Arbutus. Solinus
Ladani hiftoriam cum Laſerpitio confundit.*

Ibid. 13. **T**VVM erat, qui omnes caſtigas, non inultum
amittere Solinum: quandoquidem eius verba adduxiſti: *Apud Cyrenenſes præterea ſirpe gignitur odoratis radicibus, virgulto herbido magis, quam arbuto. Vbi duo barbariſmi non patienter diſſimulandi. Virgultum herbidum vocat, quod Græci *φρύγανον*: item Arbutum, quod illi *δαίμονον*. Atqui arbutum Latinitas non nouit præter arborem, quæ vnedonem fert. *αδραχλω* vocant Græci. Virgulta autem *δαίμονες* vocant. Radicem Laſerpitij odoratam fuiſſe nunquam legi. neque Theophraſtus, qui de ea copioſe ſcribit, odoris meminit. Et ſane commentum eſt Solini. Sed notandum eſt, quod Sirpe pro*

laserpitio dixit. Nam Plinio Laserpitium planta ipsa. Plautus Rudente: - *si speras tibi Hoc anno multum futurum sirpe & Laserpitium.* Cum videatur Sirpe corruptum ex *σίλφιον*. quod non dubito. Quod si Sirpe est Silphion apud Plautum & Solinum, laserpitium apud eundem Plautum, erit *ὀπός*. Vnde Cato originum III. dixit, *Laserpitium pro pulmentario habet.* Quare hoc volui admonere, vt sciant studiosi, nō semper laserpitium esse plantam, aut caulem plātæ, sed etiam *ὀπόν*. Nam sine dubio Sirpe est deprauatum ex *σίλφι*, vel *σίλφιον*. Laserpitium autem ex Lac Sirpitium, hoc est *ὀπός σιλφικός*. Laser est decurtatum ex Laserpitio. Sequitur apud Solinum: *Cuius e culmo exudat æstatis tempore pingue roscidum: idque pascentium hircorum inhaeret barbulis.* Supra malum Grammaticum vidimus: hic etiam malum Philologum. Ladani historiam cum Lasere confundit. Quos crassos errores Corrector prætermittere non debebas. Nam & ex ijs satis magna capita Controuersorum confici potuerunt.

Inscitia Hellenismi.

SED permitte nobis in tuorum errorum castigat-^{1bid.}
tionem descendere. *σπουδαζόμενον* apud Synesium ^{14.}
est studiose cultum. Item in verbis Strabonis: *ὃν*
ὀκφέρει τὸ σίλφιον ὀπιθεν. Putas *ὀπιθεν* esse præpositio-
nem. Sed lege *ὀπιθεν*, mutato accentu: *ὀπιζεν* est in-
ciso caule lacelicere. Neque vereor manes iratos
illius interpretis, qui tibi imposuit. Lege etiam
φθάντων τὰς βίβλας. Ex istis tria capita Controuerso-
rum consarcinasses.

Silphij pictura.

Ibid. Silphium non vidit Plinius. Sed neque Herbarij
 15. S. nostri hactenus eius picturam adtulerunt. Neque mirum. Plantam enim non viderunt. Eam nos proponimus ex nummo argenteo Cyrenæorum peruetusto, qui fuit in manibus Antonij Pisonis medici. Ex altera parte Iuppiter Ammon cornibus arietinis visitur. In altera caulis Silphij cum inscriptione ΚΥΡΑ. hoc est *Kuevaiaev*. cui per omnia Silphij historia conuenit.

NUMMVS ARGENTEVS CYRENÆORVM.



IUPPITER AMMON. SILPHII PICTURA.

Liuij loc^o a Titio cōtaminatus. Titij barbarismus.

Cap. XXV. 16. NON tu, nequid dissimules, sed Sigonius, & Glareanus, primi mendum odorati sunt in illis verbis Liuij: Quippe duos pro vno dominos acceptos immoderata infinita potestate. Nam Glareano primum, deinde Sigonio post Glareanū negotiū facessunt duo *αἰνώδεια*, immoderata infinita potestate. neque iniuria. Tu more tuo *δύο χίαι* illam tuam diuinamque

opem ingenij tui aduocasti. Verbis enim tuis propemodum utar. Denique pro *immoderata infinita potestate*, legis, & quidem *ὀυχοπατίας*, in eos delata *infinita potestate*. Acute, astute, rotunde. Deferre potestatem, imperium, fasces in aliquem, locutio Titiana. Non dubium est, quin ita Liuius scripserit, cum Robertus Tirus *ὀυχίαν* suam aduocarit. Sed, nisi graue est, Roberte, dic mihi quare Consulatum vocas infinitam potestatem? Annuā potestas infinita tibi videtur? Tu primus omnium Itolorum, & vnus hoc dixisti. Retrahe fugitiuam *ὀυχίαν* tuam, quæ in re crepera opem tibi non tulit. Nam neque Consulatus finita est potestas, neque Latinum, Populus detulit potestatem in Brutum, imo purus putus Titianus Barbarismus.

Liuij locus correctus.

NOLI æstulare. Ego quoque meam *ὀυχίαν* aduocauī. Lege meo periculo, *nulla propemodum licentia: immoderata vi, finita potestate*. Finitam potestatem quidem ait, quæ sit annua, cū regia potestas morte finiretur, sed vis eius immoderata, & regia, cum sæuendi nullus modus fiat. Sed video ruborem iam ori tuo subeūtem. Salua res est. erubuisti. Agnoscis erratum tuum. Castigationē comprobas. Immoderatus, *ἀπειρος*. Euripides: *ὁ εἶς τὸν ὑψὸς τὸν δ' ἀπειρον ἀΐεας*; Cicero: *Vides sublime susum immoderatē æthera*. Vbi *susum, ὑψὸς*. Male vulgo *fusum*. Sed transalpinum in modum prodigus fui. Nam Liuianæ emendationi vnum immane caput cum proœmij & pompa debebatur: aliud autem castigationi Ciceronianæ. Rustici sumus Galli, qui τὸ ὀλίφακῆ μύρον ignoramus.

Ibid. 17.

EX LIBRO IX.

*Liuij locus a Titio contaminatus. Titij
desperata inscitia, & ἀνοησία.*

- Cap. II. **I**N tumulum conspectum propere circumducere iubet.
- I. Verba sunt Liuij. Non video, inquis, quid causæ
 „ fuerit, quamobrem Lectorem admonere debuerit
 „ Liuius, tumulum illum fuisse conspectum. Nam
 „ profecto nullus adeo exiguus tumulus est, qui se
 „ clarespectandum intuentibus non præbeat. Quid
 non efficit ἀνοησία Titiana? Vidit acutus homo men-
 dum esse, & conspectum tumulum legi debere. Oro
 te, vir ἀνοηστῆρας, quis conspexerat illum locum? quis
 munitor fuerat? Sed taces. & videtis iam euigilare,
 & agnoscere cur tumulum conspectum dixerit.
 Omnis enim locus eminens, conspectus locus ab
 eodem Liuijo perpetuo epitheto dicitur, vt libro
 XXX. Hannibal tumulum a quatuor millibus inde tu-
 tum commodumque alioqui, nisi quod longinque aqua-
 tionis erat, cæpit. Ibi in medio locus conspectus vndi-
 que, ne quid insidiarum esset, deletus. Manifesto
 conspectus locus tumuli hic dicitur, vt in altero
 exemplo, conspectus tumulus. Quare non ma-
 gis hic conspectus legendum, quam ibi: cum a-
 pertissime dicatur elegisse locum purum ab omni
 silua, aut fruticetis, ne ibi insidiæ collocari possent.
 Vterque autem locus Liuij quemadmodum alter
 alteri simillimus est, ita alter alterum explicat.
 Idem libro XXXII. Tabernaculum regium pro val-
 lo in conspecto maxime tumulo, vt terrorem hostibus,
 suisque spem ex fiducia faceret, positum. Sed non

diffido iudicio tuo. Iam damnas properantiam
δυσωχίας tuæ. Venustissimum vero id, quod affers
 muniendæ coniecturæ: conseptum esse arboribus
 confitum. Doctior es & omnibus Grammaticis, &
 ipso Liuiο, quem quouis pignore contendo hoc
 ignorasse. Non miror igitur, si quidam Patauinita-
 tem in eo scriptore deprehenderunt, qui rem in a-
 gro Florentino vulgatissimam ignorauerit, Con-
 septum scilicet esse arboribus confitum. Quid er-
 go cogitabat bardus ille Papirius, qui cohortes suas
 in loca impeditissima, & arboribus obsita miserit
 ea gratia, vt melius sese hosti ostentaret, & cum
 mulis clitellarijs speciem faceret magni exercitus?
 Hoc stratagema Titianum Frontini aut Polyæni
 commentarijs addendum: vt scilicet quoties im-
 perator exercitum hostibus ad speciem ostentare
 voluerit, eum in colles siluosos abdat. Sed cur ego
 de tua correctione dubitem, quam alio Liuij loco
 muniuisti? Ea verba sunt: *sp. Nautius dux alaribus
 cohortibus erat. Puluerem maiorem, quam pro numero
 excitabant insidentes mulis calones. frondosos ramos per
 terram trahebant. arma signaque per turbidam lucem in
 primo apparebant.* Hæc verba Liuij, vt tibi viderur,
 facile declarant, illum collem arboribus obsitum
 fuisse, quia nimirum ramos calones trahebant?
 Quis te vltcrius nugantem ferat? Tantum abest,
 Titi, vt tumultum illum arboribus confitum fuisse
 credibile sit, vt omnino ab omni arbore purum
 eum fuisse necesse sit, in quo & cohortes apparere
 longe, & calones mulis impositos speciem facere
 magni exercitus, & ramis per terram tractis pulue-
 rem excitate oportebat. Supra omnes elegantias

est testimonium Ciceronis a te productum, ut ostenderes locum conseptum etiam absque vlla arboris adiectione dici. Quod quid faciat ad coniecturam tuam, non video. Nam in verbis Ciceronis conseptus ager, est maceria septus.

Dubitatur super loco Ciceronis.

- Cap. III. **C**icero III. de Nat. Deorum: *Singulas enim stellas numeras Deos: eosque aut belluarum nomine appellas, ut Capram, ut Lupam, ut Taurum, ut Leonem: aut rerum inanimatarum, ut Argo, ut Aram, ut Coronam. Nullus ἀστερισμός est, qui Lupa vocetur, ut notat Victorius. Tu Nepam substituis. Ego fateor quidem Nepam esse ἀστερισμόν. Belluam esse nego. Quare nondum ἐπιχόσω. nisi forte Cicero intellexit immanem fuisse illum Scorpionem, ut propterea belluæ nomine dignus fuerit.*

Inscitia Hellenismi in Titio. Problema Alexandri emendatum.

- Cap. V. **M**ultū ac sæpe tibi fraudi fuit Hellenismi inscitia, Roberte Titi. Id iterum iterumque dicere coegit me confidentia tua. Problema est Alexandri. *διὰ τὸ τὸ θερμανέμενον ὕδωρ, ἔεις φρέαρ χαλῶμενον, ψυχρότατον ὕδωρ ποιεῖται.* Ad verbum Latine id est: *Quare aqua, quæ feruefit, & in puteum demittitur, frigidissimam aquā facit. Græca nihil aliud promittunt. Quare Politianus Græce doctissimus in eū sensum interpretatus est: castigandus profecto si aliter fecisset: sed non penitus extra culpam, quod Hellenismi, quam mentis Alexandri, intelligentior fuit. Ridicula enim, & philosopho indigna sententia.*
Sed

Sed non vidit Politianus duas ultimas voces, ὕδωρ
 πεινῆται ab aliquo Titio assutas verbis Alexandri
 fuisse. Absint ergo. Nihil videbis clarius. Διὰ τὸ
 θερμὰ ἰσθμὸν ὕδωρ, & εἰς φρέαρ χαλιώδηρον, ψυχρότατον;
 Quare frigidissima ea aqua, quæ feruefacta in pu-
 teum demittitur? Nam feruefacta aqua, si in pu-
 teum demittitur ita suspensa, ut aquam putei non
 tangat, frigidissima fit.

Inscitia Hellenismi.

AIT enim, ψυχρότατον ὕδωρ πεινῆται, non πεινῆ. Vbi Ibid.
 unquam legisti, ο Titi, πεινῆται pro γίνεται? Nus- 4.
 quam. Sed ex duabus vocibus, ὕδωρ γίνεται, altera
 otiosa est, altera βαρβαρίζι. Nam ponamus non
 πεινῆται, quia barbarum in hoc significato, sed γίνεται,
 scriptum fuisse: tamen vox ὕδωρ vacabit. Quid enim
 erit, Quare aqua feruefacta in puteum demissa, a-
 qua fit frigidissima? Valde peregrinum in Helle-
 nismo oportet esse, qui non viderit ab homine im-
 perito duas illas voces verbis Alexandri assutas es-
 se. Vides, Titii, quam magnis copijs indigeas ad
 tantum bellum conficiendum, quod literatis ho-
 minibus indixisti. Putabas te satis instructum a na-
 tura & ab ingenio, ut illos imparatos opprimeres.

*Plutarchi locus emendatur, addito, quod deceat,
 verbo. Politiani error.*

CAstius iudicium in te requiro in verbis Plu- Ibid.
 tarchi, quæ produxisti. Nam ex comparatione 5.
 verborum Alexandri cum verbis Plutarchi facile
 poteris deprehendere verba Plutarchi manca esse.
 Deest enim verbum θερμῶν, sine quo totum Pro-

blema nauci non facio. Lege igitur: αἴθε τις ψυχρὸν ὀκ
 φρέατος ὕδωρ λαβὼν ἐν ἀγλαίᾳ θερμαίνῃ, καὶ καθὲς αὖθις εἰς τὸ
 φρέαρ, &c. Nonne vides nullum sensum esse, si ita
 .. vertis, vt facis: Quod si quis frigidam aquam ex
 .. puteo in vase rursus in puteum demittat, &c. Ri-
 debunt enim, qui hæc legent. Nam haustam ex
 puteo aquam rursus rursusque in puteum demit-
 tas, atque hoc identidem in mille annos facias,
 nunquam tamé efficies, vt aqua inde fiat frigidior.
 Verte igitur: Siquis frigidam ex puteo haustam in
 vase feruefaciat, & rursus in puteum demittat. In-
 telligit enim aquam situla haustam, & in aheno
 feruefactam cum ipso aheno in puteum demitten-
 dam esse. Fatendum vero tibi est, quanquam ne-
 gas, Politianum vestratem hic licet oculatissimum,
 & perspicacissimum errasse.

Plinij locus a Titio contaminatus.

Cap. VI.
6.

NON intellexisti locum Plinij, Roberte Titi: qui
 tamen omni difficultate caret. Eius verba sunt
 de Rosa: *Vsus eius in coronis prope minimus est.* Tu
 adducis exemplorum plaustra, quibus probas nihil
 æque vulgare esse, ac rosam coronamentis addi,
 imo nullum coronamentum esse sine rosa. Bene
 facis Titi. Rem omnibus ignotam nos doces. Hinc
 oritur admiratio, quare Plinius dicat minimum
 rosæ vsum esse in coronamentis. Aduocata in con-
 silium eustochia tua, legis *nimius vsus*, pro vulgari,
minimus vsus. Quare vis esse nimium vsum rosa-
 rum in coronis? Nimius es tu potius in audacia
 tua. Plinius commendat πολυχρησότητα τῷ ῥόδῳ. Ait
 enim omnibus pene vsibus humanis adhiberi. nam

& oleo macerari ad odores: in vnguenta transire: emplastris atque collyrijs inferi: mensarum delitijs vngendis minime noxiam esse: denique cum rosam coronamentis propriam dicauerit natura: tamen in tot ac tantos vsus ab hominibus trahi, vt, quanquam coronis præcipue adhiberi debeât, tamen in illis vsus minimus sit, præ vt quas vtilitates in reliquis rebus habet.

Insignis Titij ἀγορία. calūniosa ἀειδία. ἀσυμορία.

SI Canterus adeo despicibilis tibi videtur, quam Cap. VII.
 Sgloriam ex eius spolijs speras? Vnum tibi affirmare possum, eum Græce doctissimum fuisse, te etiam in minimis Grammaticæ Græcæ præceptis offendere. Te ipsum prius nosse oportebat, quam cum eo manum conferere, quem non nosti. In verbis Ciceronis indubitanter vitium est. Adfers exempla, quibus probas anticipationes in nobis, & notiones, atque intelligentias esse: quia putas non solum Canterum hoc ignorasse, sed etiam te magnam a nobis gratiam inire, si hæc nos doceas. Mirum sane Correctorem. Hoc tibi faciendum erat, si in Cicerone ipso intelligentiarum mentio non fieret: Vnde Canterus aliquas in nobis intelligentias esse natura insitas discere poterat, si antea aliunde non didicisset. Præterea si hoc ignorasset, in doctrina intelligentiarum aliquid innouasset. Sed cum in verbo deprauato, quo Cicero dicebat intelligentias quasdam mentibus nostris ab ipsa natura inditas esse, innouatio sit, non in re, cur tam longam de intelligentijs disputationem instituisti? Non facis, quod volebas, quæ est sollemnis væcordia tua.

Nam tuum erat probare, quomodo enudare intelligentias Latinum sit, non autem ostendere, quod intelligentiæ sint, quas non ignoravit, non improbat, non sustulit Canterus. Hinc argumentum Titianum intulisti. Intelligentiæ sunt & notiones. Ergo bene dicitur enudare intelligentias. Quis unquam ineptior, stolidior, audacior in reprehendendo fuit, quam tu? Ego non possum pati, neque feram te omnis humanitatis & modestiæ fines transilire. Quæro ex te, quid est enudare intelligentias? Saltem doce nos, quid sit enudare? An ἀπογυμνοῦν? Quomodo potuit ἀπογυμνοῦν, si antea non erant? Natura dedit intelligentias animis hominum, non autem nudavit, aut enudavit. Nam enudatio περιπαρξιν notat, & intelligentias in animis nostris prius fuisse, quam eas nobis natura enudaret. Quo quid potuit stolidius dici? Naturas enudasse eas intelligentias, quæ in animis nostris erant? Nondum Canterum debellasti. Nondum triumphabis. Plato dicit ἡ δὲ ἰδέα ἐστὶν ἐν τῇ φύσει, ἢ ἐν ἀποκεκρυμένων ἐπιτηδεύσεσσι δὲ ἐν μαθηματικῶν γένεσσι. Hoc est, intelligentias, quæ in animis hominum iam a natura reconditæ sunt, mathematicis disciplinis deprehendi. Si putas hoc a Cicero-
ne dici, per enudationem intelligentiarum, falleris. Nam non intelligentias a natura enudari dicit, sed animis hominum a natura attributas fuisse. Nam non natura enudat eas in animis hominum, sed homines ipsi eas a natura sibi attributas mathematicis disciplinis enudant. Si modo Enudandi verbo uti possumus.

Mendum tollitur de loco Ciceronis.

Verbum enudauit hoc quidem loco non est v-
nius assis. neque mitum. Additum enim ab
inepto homine, qui intelligentias necessarias pro
obscuris sensibus rerum accepit, quomodo vulgo
obscuros locos auctorum vocant. Itaque ijs ver-
bum enudandi, aut enodandi accommodauit. Et
miror hoc non prius ab ijs animaduertsum, qui Ci-
ceronem emendandum susceperunt. Lege ergo
Ciceronis verba sine illo inepto verbo **TUO ENU-
DAUIT**. Tum manifesto erratum patebit, ut in-
dice opus non sit. *Ipsam autem hominem eadem natu-
ra non solum celeritate mentis ornauit, sed etiam sensus,
tanquam satellites attribuit, ac nuncios, & rerum pluri-
marum obscuras, & necessarias intelligentias, quasi fun-
damenta quaedam scientiæ: figuramque corporis habi-
lem, & aptam humano ingenio dedit.* *ἡ δὲ φύσις* igitur
Attribuit, quod qui non viderunt, tibicinem illum
fulciendæ sententiæ, ut ipsis videbatur, subiecerunt.
Iam plane loquitur Cicero, non ineptus, qui dicit
homini intelligentias a natura attributas, non au-
tem enudatas. Et Plato dicit *ιδέας ἡδὲ αὐτῆς φύσεως ἀπορί-
σθαι*. tanquam eas statim ab initio Natura animis
hominum attribuerit. Sed ne tu quidem dubitas
ita rem habere. Ait igitur Cicero eas *ιδέας* animis
hominum attributas, quibus omnia apprehendi-
mus. adeo ut propter illas omnium rerum *αἰσθησις*
in nostris animis fiat.

Titij Plagium.

Primus omnium Nannius, quid esset Venustum Cap. VIII.
apud Terentium indicauit. Post Nannium
Muretus idem suis in Terentium prioribus anno-
L iij

bidl

3

tationibus confirmavit, indicato etiam auctore, unde acceperat. De eadem re idem etiam admonet lib. X. cap. XVIII. variar. lect. Tu extitisti, qui non solum hæc te ex Terentio didicisse dissimulares, sed etiam Muretum suo gladio iugulares. Itaque hoc volui indicare, ut te omnes & fucum, & ingratum sciant. Cum autem vox, s t v d i s absit ab omnibus manuscriptis, quo referemus venustatem illam? Mirum est te hoc non vidisse. Atqui Muretus meo iudicio recte legit vetustate, pro venustate.

Titij djozitia.

Cap. X.

10.

A Πολυὸν εἶναι ἔπαυε. Sordidi nati sunt qui modo nati sunt? Omnes sordidi pueri huc. Ceritum vicatim lapidibus incessite. Nam furit. Cauete. Tantum otio abundas, ut quare infantes sordidi dicantur, quæras? Non meministi pallia nutricum? non meministi versum: *sine licet infantis sordidiora sinu.* Pete a matre tua, quare tu ita vocari potuisti. Ipsa te docebit.

*Titij djozitia. Hallucinatio, qui putavit Plautum
vsum verbo Florentino.*

Cap. XI.

11.

Q V I D ais, quantum terra tegit hominum periurissime? Versus Plauti ex Pseudolo: quem multi eruditi viri tentarunt, & tamen inemendatum reliquerunt. Tu nihil suspicatus esses de mendo, nisi ab illis doctis viris admonitus. Quare quod illi efficere non potuerunt, tu feliciter executus es. Legis itaque, quantum terra regit. Nam idem Comicus, inquis, pari verbo alibi vsum est: *Quantum hominum*

terra sustinet sacerrimo. Et Seneca, reum omnium, quos terra sustinet, nocentissimum. Itaque, Roberte Titi, Regere est Sustinere, vt tu ex Plauto, & Seneca probasti? Non mirum est Plautum Hetrusce loqui. Nam & ipse Hetruscus fuit: siquidem Vmbri Hetrusci. Reggere est sustinere in Hetrusco idiotismo: Non può reggersi, non potest se sustinere. Ego homo Transalpinus, & ad Oceanum natus hæc nõ ignoro. sed illud ignorabam, Plautinum tegere mutandum in regere: & Latinum regere, esse Hetruscum. Reggere. Multum debetis Roberto Titio vestrati, Hetrusci. Ipse Plautum Hetrusce loqui docet. Ridebo, an stomachabor? Sed malo ridere.

Locus Plauti emendatur.

CV M igitur tu Hetrusce loquentem Plautum in- Ibid.
 duxeris, videndum an etiam Latine decenter 12.
 loqui possit: *Quantum terram tegit, hominum periu-
 risime. An negabis verum esse? Hetruscum non
 est, sed Latinum, Quantum hominum tegit ter-
 ram. Homines viui tegunt terram, mortuos tegit
 terra. Indubitata est emendatio.*

*Titius Simia. Varronis locus apud Nonium,
 emendatus, explicatus.*

Simia es. Hoc Petrus Victorius iam annotarat. Cap. XII.
Quid obijcies nunc Cantero, quem analecta 13.
*Turnebi euerrere nuper dicebas? Sunt itaque ver-
 sus Varronis ex Eumenidibus:*

Hospes, quid miras animo curare Serapim?

Quid? quasi non curet tantidem Aristoteles.

Aut ambos mira, aut noli mirare de eodem. Neque

tu, neque alij, qui idem tentarunt, intelligunt, quid sit medicina Serapidis. Hoc patet ex eodem Varronis libro: *Ego medicina Serapi utor, QVOTIDIE PRECANTOR.* *Intelligo recte scriptum esse Delphis, THEONERA.* Ex istis Varronis verbis indubitato colligitur in Serapij patietibus præceptum illud scriptum fuisse, *QVOTIDIE PRECANTOR.* Ea erat medicina Serapidis, quæ homines cultui Deorum, & pietati assuescere instituebat. At is, qui a Varrone hospitem compellere inducitur, dicit idem expectari posse ex philosophia Aristotelis, quod præceptum Serapidis iubebat. Nihilominus enim Aristotelem id præcipere, quam Serapidem. Intelligit autem, nisi fallor, librum singularem Aristotelis *θεὶ δὲ χρεῖς*. cuius meminit Diogenes Laertius. Itaque cum præceptum Serapij doceat *θεὶ δὲ χρεῖς* *θεῶν*, non dubium est, quin idem tractatum fuerit in libro Aristotelis, cum Titulus ipse *θεὶ δὲ χρεῖς* id satis conuincat. Porro in templo Serapidis, *QVOTIDIE PRECANTOR* simile est præcepto Delphici templi, *ἄνω ἕρα, ἢ ἑσὺ ἕρα.* Diuina ama, Deos cole. Duo egregia capita Controuersorum perdidisti, Roberte, qui hoc prius non occuparis animaduertere. Quod si factum esset, nunquam eahariolatus esses de Serapide, & templis construendis, quæ ausus es in hoc caput infercire, ne non aliquid dicere viderere. Adeo *ἀμύνορα, & ἀνεγείδοντορα* sunt. Serapium est templum Serapidis: te hoc nolebam nescium esse. Animo curare promittit Serapis, non corpore, quod impietas & neglectus Deorum sit morbus animi, non corporis, eique morbo se medicinam facere proficetur.

*Titij infantia & tirocinium in veterum
scriptis. supinitas. inscitia.*

Cap. XIII.

14.

SI verba tua satis intelligo, non omnino operam
 Sluferit Scaliger, qui si nihil aliud, hoc tamen effe-
 cerit suis in diuersos auctores castigationibus, vt
 veterum scriptorum monumenta, quibus ille ma-
 nus admouit, aliquanto diligentius a te pertracten-
 tur. Nam indigent illa censura tua diuina, quam
 hactenus satis experti fumus. Dicis igitur cum vi-
 rum Politiani emendationem secutum, *crepidas*
Carbatinas apud Catullum legere, cum recta lectio
 sit, *trepidās Cercolipās*. Atqui, si bene iudico, neque
 Politianum Scaliger secutus est, neque ea lectio,
 quam tu sequeris, est vetus, sed commentitia, vt
 pote ab audace illo Græculo Marullo conficta, cui
 cum statim, vt peruulgata est, contradicere Politia-
 nus cæpisset, hinc exorta sunt inter vtrunque capi-
 tales inimicitia, & odium inexpiabile. Tu vero a-
 deo infans es, adeo harum rerum imperitus, vt ne-
 scias hoc esse commentum illius hominis: nescias
 in omnibus, quotquot extant, manuscriptis Catül-
 li exemplaribus semper constanter legi *Crepidās*
Carbatinas. Quid autem sit *Cercolipas*, & quæ ori-
 go eius verbi, persancte iurare possum neminem
 esse in popularibus tuis, qui hæc intelligeret ante-
 quam Iosephus Scaliger id exposuisset. Recentissi-
 mum autem verbum est *Cercolipas*, & longe post
 excessum Politiani in Catullo repositum, cum alij
Cercopithas, alij *Coprotinas* legerent. vtrunque
 nisi fallor, illo Græculo Tarchaniota duce. Non
 credis? Audi Politianum, quem certus sum te non

legisse. *Quidam plani*, inquit, *& tenebriones in literis*, veteri expuncto vocabulo, nescio quas supponunt aut *Cercopithas*, aut *Coprotinas* ex hara productas non schola. Vides his monstris emendationum nascentibus, ea Politianum scripsisse. Quod autem Marullus eam lectionem Catulli temerauerit, vel epigrammata, quæ de hac re in Politianum scripsit, fidem fecerint. De eodem Marullo intelligit idem, cum hæc scriberet de Orione & Oarione: In elegia Catulli ex Callimacho Oarion legitur pro eo, quod sit Orion. Quam quoniam integram adhuc inuiolatamque dictionem nonnulli temere attentare iam incipiunt, contra hanc sinistram imperitorum audaciam standum mihi est. Nam de Marullo eum sentire ostenditur eo vitulento epigrammate, quo illi respondet Græculus. Dupliciter igitur errasti: & quod Carbatinas veterem lectionem damnas, & quod nescis, Politianum Cercolipas nunquam legisse. Nam ea correctio nondum in lucem eruperat: cum ex Cercopithis Marulli recocta sit. Adco stipes fuisti, vt non solum hæc ignores, sed etiam tantus asinus ausus es hominibus viam præire velle, præsertim in re vulgatissima, & commentum Politiani dicere, quod omnium scriptorum codicum lectione confirmatur. Sed minime dubium est, te Politianum non legisse. Ea fuit supinitas tua, & negligentia.

Titij κερβαρισμὸς, ὁ φρενῆς. Nuga Titij cum interprete Aristophanis. ἀσουλλογία.

Ibid.
15.

CVR emendationem Politiani, vt vocas, reiiciendam putes, causam adfers ex Aristophane.

- ἀλλ' εἰς τίκα θαρμὴν ἱπαραβοῶντις

βληχῶνδμοῖτε πορβαπῶν,

Αἰγῶντι κιναβρωῶτων μῶν

Επιθ' ἀπιψωλημῶροι, τῶ ἀζοι ἢ ἀκραπέειθι. Ad ver-

bum veritam: Sed age filij frequentantes balatu
ouicularum & caprarum olentium modulos, se-
quimini verpi. Vos autem hirci ientabitis. Tu con-
iungis βάζοι cum ἀπιψωλημῶροι, quanquam hoc nihil
ad rem: quia putabas solœcismum esse τίκα ἀπιψω-
λημῶροι. Cur autem ἀκραπέειθι verteris, extremitates
lingere, non video. Nam interpretes aliter: ἀκραπέειθι,
ἔθ' ἔπν ἀκερῆτι πορῶσιτι: hoc est, libidinamini: quam
interpretationem si admittimus, sub illis verbis
recte intelligi vult eum hircorum fœdum linctum,
quem tu tantopere probas. Vbi vides eam tantum
esse coniecturam interpretis, eamque parum soli-
dam, imo falsissimam. Nam ἀκερῆτιζιδου pro ἀκραπέειθι
πορῶσιτι nullus veterum dixit. ἀκερῶθιν tolerabile
esset, vt ἐκρεῖθιν. quod si concedamus in eum sen-
sum dictum, tamen ne sic quidem intelligemus vl-
lam partem sibi hircum lingere, sed potius de sim-
plici, & pene prouerbiali hircorum libidine. & si
quidam detestandus & fœdus linctus sit, malle-
m in versiculum exodiarium reijcere: *Hircus vetulus
capris naturam ligurit.* Aliquid hoc esset. Sed, vt di-
xi, neque π' ἀκερῆτιζιν, si illud est ἀκερῶθις πείειν, hoc
concludit, neque si ientare, vt re vera significat. Sed
esto illa fœdalis liguritio. Si hircus illam partem sibi
lingit, qua mente dixit Catullus linguam impuri
hominis dignam esse, quæ Cercolipas lingat? Si
persistendam esset in exemplo tuo, dicendum e-
rat, eum hominem dignum esse, qui sua sibi lingua

illud lingeret, quod hircus facit post initum. Sed tu ita more tuo concludis: Hircus sibi partem fœdam lingit, ergo apud Catullum homo impurus lingit trepidas Cercolipas. Quæ sunt istæ Cercolipes, Tiri, quas ante hos quinquaginta annos homines Cercopithecii in Italia pro Cercopithis Marulli supposuerunt? Prius quæ sint Cercolipes istæ, & quare ita dictæ, exponendum erat. Nam video te nescire. Quid est in tota Italia te magis fatuum, magisque insulsum? Tu non solum omni humanitate literarum cares, sed ne sensum quidem communem habes, quod toties tibi nos obijcere cogis.

Imperitia Titij.

Ibid. 16. **P**ARI insania, & impudentia negas Carbatinas esse adiectiuum. Imo, quod scias, homo imperitissime, innumera calceamentorum nomina sunt adiectiua, eaque gentilitia vt plurimum, λακωνικά, περσικά, ροδιακά, σκυθικά, ἀργεία, καρβατίαι, id est κρητιδες Laconicæ, Persicæ, Rhodiacæ, Scythicæ, Argiux, Caricæ. Latinis quoque Gallicæ a gente: baxæ, sculponæ, a sono. & subintelliguntur crepidæ, aut solex. Quid habes nunc, quod schedis Scaligeri oppones? Inscitia, & pernicipia tua expugnata est. En schedas Scaligeri. en stuporem Titij.

Locus Plauti corrigitur.

Cap. XIII. 17. **P**LAUTUS: sesamum, papaueremque, triticum, frictas nuces. Lege: Papaueremque tritum. Nam quod Strutheum supponis, in eo verus Struthiocamelus es, & mihi quanquam iratus tibi sum, risum illo Strutheo expressisti.

Lacertuli. Laterculi. Lucunteres. Fricæ nuces.

DE Lacertulis, certum idem in Apuleio esse, Ibid.
quod in Plauto. Sed incertum, vtra vera le- 18.
ctio, Lacertulus, an Laterculus. Ego Laterculos
malim. De Lucunculis Apulei quid sentias, nescio.
Hoc vnum scio eos esse Lucunteres Festi, vt Iose-
phus Scaliger annotauit. Quam vero ridiculus es,
qui nescias frictas nuces, esse amygdalas. quas &
hodie frictas multi edunt in Gallia.

*Φραϊνης Titij. Locus Suidæ examinatus. Locus
Virgilij, locus Ciceronis pessime a Titio
exponitur. Ciceronis error.*

QUID tibi velis, ne ipsa quidem Sibylla intelli- Cap. XVI.
gat. Virgilius ait tempestatem imminere, quo- 19.
tiescunque Mergi ex mari in litus reuolant, & Fuli-
cæ relicto mari in sicco ludunt. Fugiunt enim ma-
re, quod proxime turbatum iri præfagiunt. Hoc
Virgilius voluit. Hoc Seruius recte, & alij. Neque
sane aliter interpretari possunt, nisi Virgilij men-
tem peruertere velint. Tu nescio quo malo genio
cum veritate manus conseris, dum Virgilium ais
scribere, imminente tempestate Mergosa mari in
litus se recipere, & ab litore in mare reuolare. Vbi
nam Virgilius dixit Fulicas iterum in mare reuola-
re? Quæ Erinnyse adegit hæc effutire? Non pu-
det mendacij? Temulentus ne es, an κορυθαίτιας?
Sed more tuo fecisti. non videbas quolocum Sui-
dæ a te obseruatum aprares, nisi mentem Virgilij
peruerteres. Quid autem sibi velit Heroicus ille,
quem Suidas producit, aut cuius poetæ sit, equi-

dem nescio : αἰθῆρας περιέλασθιν ἤυσται πείσματα νηός. Hoc certo scio, non esse prouerbium, quod putasti. Quæ Suidas illum versiculum exponēs adducit, inepta, ridicula, falsa sunt. Mergi vrinantes, inquit, pessimum omen nauigantibus. Hoc verò ego pernegotum ex Virgilij loco, quem modo produximus, qui ex Arateis prognosticis expressus est, tum etiam ex Plinio, qui ait Mergos maria & stagna fugientes tempestatem imminentem significare. Sequitur Suidas : Caussam assignant, quod tranquillo mari non audent progredi (in litus scilicet.) Hoc verum est, vt ex Plinio, & Virgilio iam probauimus. & mirum eum Grammaticum pugnantiâ loqui. Quod ait eas aues non audere progredi metu marinatum belluarum, mihi quidem non persuadet. Quomodo enim sine risu legam Mergos non audere in litus prodire metu marinarum belluarum? Ergo marinæ belluæ, Balenæ, Pristes, Physeteres, Orca, & alia immania cete, non solum stabulantur in litore, sed etiam Mergos absterrent, fugant, abigunt. Sequitur : Tempestatem præseniens progreditur; alijs animalibus abditis in latibula sua (fortasse θύλακων ζωῶν, non ἀγῶν.) Sed ad te redeo. Flagitium flagitio cumulaſti, Titi, cum versus Ciceronis in sensum tuum inuitos torques, & IT IDEM interpretaris iterato : *Cana Fulix item fugiens e litore ponti.* nempe vt facias quod proposuisti inuitò; mergos imminentis tempestatis conscios nunc è mari in litus, nunc è litore in mare ire fedire, atque hoc subinde facere. Sane, Titi, hæc non sunt tempestatem metuentium, sed lasciuientium in tempestate. Quid plura? Satis æstuaſti. Si mihi credis, manè

dum hæc tempestas animi tui detumeat. Atqui Fulix & Mergus tam differunt, quam αἰθήρα, & κέκφος: & Ciceronem fugit ratio, qui ἐρωδιόν, id est Ardeam, ex Arato vertit Fulicam. Versus Arati:

Καὶ δὲ αὖ ἔτι ξηρὴν ὄτ' ἐρωδιός ἢ χεῖρ' κόσμον
 Ἐξ ἄγος ἔρχεται, φωνῆ παρὰ πολλὰ λεληκώς
 Κιτυμὸν κε θαλάσσια ὑπερφόροιστ' αἰέμοιο.

De mergis autem ita idem:

Πολλὰ μὲν δὲ ἀγελιάδες νῆσται ἔειν ἄμ' ἴδιαι.

Αἰθήραι χρυσῆα λεγόμενται πέρυλαι. Ex quibus intelligas tempestatem significari, cum Mergi & Anates marinæ in litore alas plausu quatiant. quod & in Anatibus & Anseribus domesticis quotidie experimur. Ælianus vero ad verbum ex Arato: νῆπαι ἔ αἰθήραι περιζήσουσι πνεῦμα δηλοῦσι ἰσχυρόν. Non dubium autem, quin versus ille productus a Suida idem voluerit, αἰθήρης πέρυλαισι ἔχουσι πείσματα νῆος. Sed manca est sententia itaque nihil amplius dicimus. Apparet autem te toto cælo errare, qui proverbiū esse putasti. Cum igitur putaris, quare paræmiographum supinitatis non postulasti, qui omiserit?

Apulei locus temere a Titio tentatus.

Apuleius emendatur.

Apuleius Milesia octava. Iamque sermonibus assiduis, & conversatione frequenti, nonnunquam etiam cæna poculoque communi carior cariorque factus in profundam romam cupidinis sese paulatim nescius præcipitauerat. Beroaldus vidit mendum, & primus legit, in profundam foueam. Tu mæliora conaris, & legis in profundam rimam. Sane λεπτότης inepta. Rima est tenuissima in longum cōtinui solutio. Quo-

Cap. XVII.

20.

modo præcipitare potuit in labem adeo angustam? Ais te tuam coniecturam cum Beroaldina non mutaturum (permutaturum volebas dicere.) Ego sane meam tuæ antepono. Lego enim *in profundam ruinam*. Quod dictum ἀρχαίωνς, locus præcipitandi & ruendi, vt Labina, locus labendi. Neque enim vulgari significato hic ἄλως indicatur, sed locus præceps. Et profecto ita scripsit antiquarius ille fabulator.

Titij stupor, Locus Petronij infeliciter tentatus.

Cap. XIX.

21.

PETRONIUS: *Puellæ caput inuoluerat flammeo iam Embasico. ætas præferebat facem. Quantunvis cæcis apparet legendum esse: Puellæ caput inuoluerat flammeo. iam Embasico ætas præferebat facem. Tamen nescio qua pituita & sopore demersus legis, Puellæ caput inuoluerat flammeolum basicum. Quid est basicum? Sequentia nihil Hetruscum sapiunt: ætas præferebat facem. Quare apud Virgilium illius Oetæ mentionem fieri dicis - tibi deserit Hesperus Oetam. Item apud Catullum: Nimirum Oetæ eos ostendit Noctifer ignes. Roberte Titi, Oetas quod animal est? ἦ οὐ σὺνδραν, an χροαίων? ἦ ἡνάλυ, an πεισάνδω?* Saltē illud explicasses. Aliqua satisfecisses. Ego caput istud talento cōtra carū non puto, vt illud extet monumentum acuminis tui. O dura mellorū ilia.

*Locus Catulli temere tentatus. Semissarij
Christiani Tertulliano.*

Cap. XXI.

22.

QVANDO resipisces, Roberte Titi? Legis apud Catullum: *Omnes pusilli, & semissarij mæchi. Quomodo stabit versus, Grammatice? Sed, explicatio*

ratio placet: quod semisse coirent. Id confirmas ex illis Tertulliani: *Licet nunc sarmentitios, & semisarios appelles, quia ad stipitem dimidij assis reuincti sarmentorum ambitu exurimur.* Quid illum stipitem dictum putas a vilitate, quod scilicet esset dimidij assis? Falleris. Semissis ibi significat ἡμιμόδιος, semipedem. Nam A s est pes Columellæ.

Titij arrogantia, & δοκίμοσφία. Pertinacia. δόγυσία.

Turnebus defenditur, eiusque emendatio asseritur. Plinij locus exponitur.

L Epidum caput. Verba tua: De hoc fuit admo- Cap. XXII.
 niendus præter cæteros, Adriantis Turnebus. 13.
 Sed ætas mea non tulit, vt possem doctum alio- 12.
 quin hominem commonefacere. Ille enim obiit, "
 vt accepi, multo antequam hæc scribere aggredere- "
 ret. O infelicem Turnebum, quem præmatura
 mors felici sæculo Roberti Titij exemit. Absque
 eo esset, castigatione Roberti Titij doctior euasis-
 set, neque Signinum pro cumino reposuisset. Is est
 Robertus Titius, vt non paruum se eruditum putet,
 qui ei placuerit: & infeliciter cum eo agatur, qui
 aurea eius consuetudine & frugifero congressu
 vsus non sit. Mi Titi, quoties ego tibi dixi, solen-
 nem hunc errorem te errare, cum tuorum popula-
 rium correctiones, quibus illi passim bonos aucto-
 res contaminarunt, eruncari non sinis, sed omnia
 commenta illorum tanquam adyta quædam im-
 prudens defendis. Et hic desidero iudicium tuum.
 Vetus lectio omnium Plinianorum codicum sine
 vlla exceptione retinet S I G N I N V M, non C V M L- 1. 10.
 N V M. *Densior iusto, signini modo, strangulat solum.* 1.

Significat terram, quæ densa sit in modum signini, atque ea ait strangulari solum, si quis eam in id iniiciat, ut nos Galli Margam nostram in agros steriles iniicimus, ut sit lætaminis vicem. Non autem significat terram strangulati in modum signini: quod tu magnus veruex putasti a Turnebo dictum. Vnde factum, ut *σθαεξ̄ & φορπκῆ* præfatione illa *φιδανία* tua huic tuæ animaduersioni ineptissimæ præluserit. At quam bene conueniat cumini cum terrarum differentijs comparatio, tu videris.

Mirus Titij stupor, & διογνία.

.LXX. ανδ

Ibid.

24.

ADducis locum Plinij, ex quo probas Cymino solum strangulari. Fauete linguis. Fac præcoaudientiam. Plinij verba: *Quippe cum capparis quoque seratur siccis maxime, area in defossu cauata, ripisque vndique circumstructis lapide. Alias euagatur per agros, & cogit solum sterilefcere.* Hæc sunt, quæ tu de cymino solum strangulante ex Plinio te producturum promittebas. In quibus, oro te, vbi est cymini mentio? vbi strangulatio soli? Hoc *μορμονυκείω* cum Manibus doctissimi Turnebi congrederis? Quæ fuit illa tam auerso Sole & cælo mulier, quæ te tantum asinum peperit?

EX LIBRO X.

Virgilij locus explicatur. Titij ιδιωνία. Iuniperi vmbra grauis. Oxycedrus. Cedrinum oleum. Oleum de Cade.

Cap. I. **S**Virgamus. solet esse grauis cantantibus vmbra. Miraris vmbra grauem esse cantantibus, cum alibi

cantaturos umbræ succedere poeta iubeat. Sed ridiculus es. Successerat enim Iunipero pastor. Itaque ἐπιξηνηκῶς, quam umbram intelligat, infert. *Iuniperi grauis umbra.* ubi est nodus, quem hic, hoc est in sirpo, quæris? En quam leui opera dubitatio tua soluta. At de grauitate umbræ iuniperi non tibi constat. Noli dubitare. Nam & experientia te hoc docuerit, si libeat tentare, & ratio, si odorem consideraueris, quantumnis suauis, & amœnus tibi videatur. quod quare dixeris, nescio. Iocularis autem, & vere Titiana est ratio, quam adfers, umbram iuniperi ideo noxiam non videri, quia venenata abigat. Atqui hoc vnum docuerit grauitatem inesse in odore. Nam graueolentibus & caroticis abiguntur serpentes. quod disces ex Nicandro & summo poeta:

*Disce & odoratam stabulis accendere cedrum,
Galbanoque agitare graues nidore chelydros.*

Oxycedrus & galbanum accensa serpentes fugant. *κεραμικόν* igitur aliquid inesse necesse est. Oxycedrus autem adeo similis est iunipero, ea est ambarum inter se & facie, & viribus cognatio, vt iuniperum minorem oxycedrum, oxycedrum maiorem iuniperum non inepte vocare possis. Cedrinum illud olenm, quo libri inungebantur, ne cariem sentirer, ex hac oxycedro fiebat. Hodie in Gallia eo oleo pecudum scabies perfricatur. In Cemenis montibus, ubi ea arbor plurima, *C A D E* vocatur, & oleum de Cade. Quod ais iuniperum raram plantam esse, & humilem: non dubito, quin eiusmodi sit, quam vidisti. Ego tibi hic in Gallia iuniperorum siluas ostendere possim, in quibus iuniperi ipsæ ad

pyri, aut etiam maioris arboris magnitudinem as-
surgunt. Præterea quidam in hortis etiam colunt,
& in elegantem speciem instituunt adolescere, ne
forte putes in montanis tantum eam arborem re-
periti (tu alpestria loca vocas, quod verbum mater
tua te docuit, *luoghi alpestri.*) Neque putes de
humilibus iuniperis dictum ab eodem: *stant &*
iuniperi, & castaneæ hirsutæ.

Titius corrumpit locum Virgilij. Barbarismus Titij.

- Ibid. 2. **P**Ulcherrima vero, & elegantissima correctio,
qua affecisti hunc locum Virgilianum: qui pro-
pterea corruptus est, quia illum non intelligis. Le-
gis enim *cunctantibus* pro *cantantibus*. Itaque peri-
tia sermonis Latini certas cum Virgilio. Ille dixit
Cantate in vmbra, tu Cunctari in vmbra. Quod
quid sit, tunc nos docebis, cum a grauioribus studijs
tibi otium erit. Interea nos senescentes discemus
rem inauditam, atque nulli hæctenus cognitam,
locum Virgilij, qui ab eius excessu ad nostra tem-
pora, mendo carere videbatur, ab Aristarcho nostri
temporis Titio & corruptum deprehensum esse, &
emendatum fuisse. Item hoc præterea discemus,
cunctari in vmbra esse id, quod Virgilius Cessare
in vmbra dixisset.

Titij barbarismus. Virgilius explicatur.

- „ Ibid. 3. **D**Enique nec Valeriani commonitio difficulta-
tem adimit affirmantis postremum carmen in
„ vetustis codicibus non reperiri. Si verba tua Lati-
„ nissima capio, postremum carmen pro postremo
versu accipis. Nam alioquin tota ecloga carmen

est, & extremum carmen Latine loquentibus, vel postremum carmen, esset pars postrema poematis. Sed tantum abest, ut postremus versus Virgilianus non sit, ut sine illo dubium tuum maneat, umbram scilicet cantantibus grauem esse. quod dubium prudentissimus poeta sustulit ἐπισημiosis. Quæ umbra grauis est cantantibus? Iuniperi umbra. Scias autem, eadem sententia, duplicem interpunctionem in illis versibus admitti posse: aut vulgarem scilicet, aut ita: - solet esse grauis cantantibus umbra Iuniperi, grauis umbra. Quæ mihi elegantissima videtur. ut, *Nymphæ, Laurentes Nymphæ.* Item Horatius: - *arua, beata Petanus arua, diuites & insulas.* Tu utram maus, sequere.

Titij supinitas.

Tanta est ambitio tua, ut non dubitem te capit Cap. II.
integrum concinnaturum fuisse, si errorem interpretis Strabonisprehendisses, qui te pro tua 4.
imperitia Græci sermonis latuit. Nam quod Strabo dixit, ἄντι τῆς ἐν Ἡρώδῳ πύργου, ille: Ad Iunonis turrim. Vbi est ὄψορῖα Titij, quæ hoc non deprehendit? Tamen tu tam crassum errorem secutus es.

Titij διορῖα. Padusa. παδῶα, nomen nihili.

At Volusi Annales Paduam porgentur ad ipsam. Tu Cap. III.
corrigis παδῶα per quartam vocalem, aisque 5.
esse vnum ex Padi ostijs. Quid hoc ad correctionem loci Catulliani? Deinde παδῶα, quod ex Polybio adfers, corruptum est, pro παδῶα. Omnes enim scriptores Padulam vocant, Plinius, Vibius Sequester, Virgilius, - *piscosoque amne Padusa.* Valgius, ut citat Iosephus Scaliger: M iij

Hinc mea me longo succedens prora remulco
 Latentem gratis sistit in hospitij:

Et, placidam fossæ qua iungunt ora Padusam,
 Navigat Alpini flumina magna Padi. Quid attu-
 listi ad Catulli locum? Quorsum tantas machinas
 admouisti, si mendum non expugnasti? αἰχρόν τοι δι-
 πόρτι μόνον, κερτόν τε νέεσθαι.

Titij in *Erasmum* cōtumelia solennis. Prouerbiū
Erasmio omissum. Imperitia Hellenismi.

Cap. III. **A**ρρητος ille Chiliadum scriptor, quem tu inui-
 6. tus aliquando nominas, non meruit ita contu-
 meliose a te accipi. Miraret tamen si a docto viro
 tam indignis modis acciperetur. A te nihil periculi
 est. Sed quid illi obijcis? Omisit prouerbiolum.
 Cur ille obligauerit se omnia adferre? Prouerbiū
 apud Pausaniam *Erasmum* fefellit, inquit Titius.
 Titium alia proueria apud Pausaniam fefellerūt,
 inquit Paræmiographus. Vt illud tam *Erasmum*,
 quam Titium fugit: δύο τοίχους διείφην. duos parietes
 de eadē fidelia dealbare dixit Quintus Cicero. Sed
Erasmio manes stupor Titij non fefellit, qui prouer-
 biū θυμιάμασιν δημοταίοις τὸ θεὸν σέβεισθαι ita vertit: Deos
 alienis copijs venerari, secutus *Amasæum* interpre-
 tem, cum ita vertere debuisset: Deos alienis suffi-
 mentis venerari, alieno incenso. Ergo quod Titius
 τὸν παρομοιωθέν inſectetur, caussæ non est. Habet &
 ἀρρητος παρομοιωθέν, quod Titio in aurē infusurret.

Locus *Plinij* a Titio temeratus. Cutata vox
 nihili a Titio conficta.

Cap. V. **P**linius: Instrumentum rusticum omne in forum attu-
 7. lit, & adduxit filiū validam, atque, ut ait Piso, bene

curatam. In vetere codice legisti, *bene curatam*. Quid, malum, has cariosas membranas citas, qui schedas Turnebi, Canteri, Iosephi Scaligeri paulo ante reijciebas? Ego hoc vestrum non intelligo, Pactum est, non pactum est, vt ait ille in Aulularia. Sed si vis nugari, per me quidem id tibi liceat, modo manum ab integritate loci Pliniani abstineas, & ab integra filia Pisonis. quam nescio quo malo fato ex curata *curatam* facis. Quod verbum vbi commentus sis, nescio. Nam error librarij non debet facere ius. Nam si ex cute nomen deducendum erat, non *cutatus* dicendum erat, sed *cutitus*, vt *Pel-litus*. Tam cito oblitus es, *recutatum* non dici, sed *recutitum*? Quare damno Plinij nugari non debebas. Id cum periculo existimationis tuæ facias licet, cum libuerit.

Locus Horatij a Titio corruptus.

Imprimis *Lucanus aper leni fuit Austro Captus* - Non Cap. VII.
8.
potes hunc aprum concoquere, nisi lectionem Horatij corrumpas. Legis enim *coctus* non *captus*. id est, vt inquis, tenerior effectus. Bonum naturæ indagatorem. Nam aultro coctæ carnes, quid aliud quam putiscunt? Quid erit illa *πῆψις* aliud, quam *φδοεα*? Deinde dicis parum interesse, aliquo vento spirante feram captam esse, nisi etiam eodem vento flante occidatur. Quid? in saltibus Florentinis apri immanes capiuntur, quos reseruatim interficendos, cum libuerit? Ita tractabilis fera est aper Tullius? Sed, o venator, captum & occisum intelligit Horatius *leni Austro*: hoc est, quanquam melior futurus erat alio vento spirante occisus, quam Austro.

tamen non eo vehementi, sed leni captus fuit, ve
nondum putifcat.

Plinius duplici modo pessime a Titio acceptus.

Plinij error. Titij stupor.

Cap. VIII. 9. **P**LINIVS: *Aues nec venas, nec arterias habent:
item serpentes, testudines, lacertæ, minimumque
sanguinis.* Prius malum huius partis, quam opem
indicasti. Imo, vt verius loquar, potius malum,
quam opem tulisti. Antea enim placuerat tibi ita
totum locum interpolare: *Aues nec renes, nec vriti-
ras habent.* Primum quot alia animalia illis carent,
præter aues? Quare igitur aues solas nominasset,
cæterorum mentione abstinuisset? Deinde quis sa-
nus Plinium putaret vritiras scripsisse, non vrete-
ras? Quia Titius Græce nescit, ideo Plinium nescif-
se putabimus? Deinde cum Plinius de venis & ar-
terijs disputet, atque in sequentibus eandem dispu-
tationem continuet, tua importuna correctione ea
disputatio interrumpitur. Posteriolem coniectu-
ram ita huic præfers, vt ne verum quidem ipsum
verius putes. Legis enim: *Apes nec venas, nec arte-
rias habent.* Similis error priori, & gemina audacia.
Nam cur apibus tantum tribuit, quod cum reliquis
infectis, & congeneribus commune habent? Non
potes effugere. Hæc omnia sunt nugatoria, & pla-
ne Titiana. Quid ergo? Quid? Malo tacere, quam
nugari. Nam nec verum est aues carere venis, &
arterijs. nec ausim hic Plinium defendere.

*Titij confidentia. Appiani locus temere a Titio
tentatus. Plestinus lacus. Titij ἀπορησασθαι.*

οὐτεμία nomen barbarum, non Græcum.

Verba Titij: Quicquid est incoctum non ex-
 promo. bene coctum dabo. Bene cibum intra
 te concoquas, an bene coctas conuiujs epulas ap-
 ponas, nondum potui intelligere. Sed audiamus
 cocum ex culina. Verba sūt Appiani. *Κερνήτιον αὐτῆς*
ἡνὰ τῆς ὀπιφανῶν ἰδιωτῶν, ἐδεμαῖς ἀρχῆς παρούσης ἐπίσησάν τε
ἔδεξιμπρον ἐς Ομβελκοῖς ἐς τὴν Πλεσίνην λίμνην, καὶ γενὰ
παραληφόρον, ἢ σιωπημώτατόν ἐστιν ἐπὶ τῆν Ρώμην. Quæ sit
 Πλεσίνη λίμνη nondum legisti apud veteres. Itaque
 corruptum putas, & legis *Ποντίνη*. Nota est Pontina
 palus. Et nos eius vestigia vidimus via Appia Tar-
 racinam petentes, atque in eam influit, aut eam ef-
 ficit Vfens fluius. Sed amabo, Titī, censen' nos
 Gallos pati posse te Hetruscum hominem Ponti-
 nam paludem collocare in Vmbri? Tantum enim
 a vero abes, quantum interualli est inter Tarraci-
 nam & Vmbros. Tu autem sine vllō iudicio, & de-
 lectu, quo te rapit cunque calor *βίσηχίας* tuae, eo pre-
 ceptis ageris, vt nobis aliquid bene coctum expro-
 mas. Deinde putas non discedi a vestigijs prisca
 scripturæ, cum *Ποντίνη* pro *Πλεσίνη* legis. Atqui
Πλεσίνη λίμνη, vertendum Plestinus lacus, non palus.
 Strabo loquens de Pontina palude *ἔλος* vocat, non
λίμνην. *Πρόκειται*, inquit, *μέγα ἔλος, ὃ ποιοῦσι δύο ποταμοί.*
καλεῖται δὲ ὁ μείζων αὐφιδος. vbi *αὐφιδος* est Vfens, nescio
 an errore librariorum. Quære igitur, quod magis
 coctum sit. Nam hoc plane crudum est ab omni
 coctura iudicij. Interea licet tibi tuto deplorare tam-
 tam ignorantiam, quam doctos istos viros occupa-
 ASSE VIDES, vt tuis verbis garriam. Nam satis suda-
 bunt, antequam aperiant quis sit iste Plestinus la-
 cus, cui immineat mons celsissimus. Nam nihil tale

Cap. IX. "

10. "

in Pontina palude, quæ propior mari fuit, quam monti: item quis Plestinus lacus sit in Umbria, eo utique loco, ubi compendiosissimum iter Romam sit. Hæc omnia necesse concurrant, atque adeo confluant in istum lacum Plestinum. Denique, quod caput est, ut lacus sit, non palus. Nam sane paludes non nascuntur ad radices montium, sed in locis planis, & patentibus. Præterea exemplar Appiani corruptum non est. Bis enim eiusdem lacus mentio fit, totidem literis. Quare non erat, ut diceres eum esse in Utopia. Quod verbum, quanquam ab ornato & docto viro Anglo confictum, tamen Græcum non est. Et qui ὑτοπίαν Græcum putant, ij quid sit Græca componere nesciunt.

Tollitur mendum pusillum ex loco Appiani. Non convenit Appiano cū Livio super Centenio. Quis sit Plestinus lacus. Interamna Plestina.

- ibid. **K**ΕΡΤΗΝΙΟΙ ΑΥΤΟΙΣ ΞΕΝΑ ἢ ὀπιφρατῶν ἰδιωτῶν, ἢ δεμῶν ἀρχῆς
 II. παύσης, ἐπέστειλόν τε & ἐξέπεμπον. Non dubito Appianum scripsisse ἰδιωτῶν, non ἰδιωτῶν. Sed de hoc Centenio non convenit Livio cum Appiano. Verba Livij: M. Centenius fuit cognomine Penula, insignis inter primipili centuriones & magnitudine corporis & animi. Is perfunctus militia, per P. Cornelium Sullam Prætozem in Senatū introductus petit a patribus, uti sibi quinque millia militum daretur: se peritum & hostis, & regionum, &c. Nunc, quia satis nos exercitos habuisti cum ista tua imperitia & confidentia, volo te hominem Italum homo Transalpinus docere, quis sit lacus Plestinus. quæ res, quanquam tuis popularibus hæctenus ignota fuit, non debet mihi aut in-

uidiam aliquam aut obtrectationem apud illos creare, quia se loca Italię doceam. Aio igitur, atque adeo affirmo, Lacum Plestinum esse lacum Velinum, quem excipit flumen Nar. Hodie incolę vocant, *Lago di pie di Luco*. Is, ut iam dixi, exhauritur flumine Nare ad Interamnā oppidum (*Teranni* vocatur hodie:) Duo sunt interamnates in Italia, sed hos ab alteris distinguit cognomen. Nam dicuntur Interamnates Nartes, a flumine Nare, quo alluebatur Interamna Umbrorum. Atque ut populi Interamnates cognomine Nartium ab alteris Interamnatibus, sic hæc Umbrorum Interamna distinguitur cognomine suo ab altera. Dicebatur enim Interamna Plestina. In libro de Limitibus agrorum: ubi mentio fit Cingulani agri: *Ager, qui a fundo suo, tertio vel quarto vicino suo, situs est, in iugibus iure ordinario possidetur, sicut est Interamna Plestina Piceni*. Ibidem, *TERRAMNE Plestina Piceni*. Quanquam Palestina utrobique excusum est, mendose. Præterea ibi Piceni finibus, non in Umbria collocatur Interamna, quam omnes tamen veteres in Umbria constituunt. Quid nunc dices? An non iustum caput Controversorum ex hac animadversione concinnari potuit? Ab Interamna Plestina igitur Plestinus lacus dictus, quia flumen Nar ipsum locū exhaurit ad Interamnā Plestinam.

Titij error super loco Suetonij. διορθωσις.

PVdet me toties tibi de eadem re latus fodicare. Cap. X.
 Falleris, Titi, cum correctiones & commenta 12.
 popularium tuorum pro antiquis lectionibus tueris. Ut ecce quod Suetonij omnia manuscripta

exemplaria habent, IN MINORE CODETA, tui populares deprauarunt, & in eam ineptam lectionem, quæ hodie editur, mutarunt, nempe, *In morem cochleæ*, adeo absurdo sensu, vt ab omnibus doctis iam damnata lectio tuum patrocinium quærat, quod omnia bona soleas corrumpere, & deprauata bonis præferre. Abstine ergo impuram manum ad hæc vetere lectione. Nam quid stolidius, quam quod affers? locum illum gradus habuisse in morem cochleæ, in quibus populus spectaret naumachiam. Si gradus excauandi erant, quare ij in morem cochleæ potius, quam directi, vt in Amphitheatris? Et quid absurdius tibi in buc-cam venire potuit? Sane defodere lacum in morem cochleæ, non est gradus cochleatim excauare in lacu. Quæ enim hæc esset locutio? Simile esset lacum in more graduum defodere, hoc est lacum defodere, in quo gradus excauati sint. Quære fatuos, quibus persuadeas. Hic in Gallia mures ferrum non rodunt.

Stolida Titij διορισία. Equisetum prius Dioscoridis ignotum fuit Plinio.

- Ibid. 13. **S**tolidissime hæc verba Festi interpretaris: *Code-
sta, ager, in quo frutices existunt in modum codarum
equinarum.* Ais Festum intelligere de Equiseto her-
ba. & quanquam sentis te mentiri, qui vides vir-
gultum & herbam diuersa esse, tamen vitio ingenij
vteris, & effreni pertinacia contra verum niteris:
atque vt probes Festum hic de Equiseto agere,
producis verba Dioscoridis *ἢ ἐν ἰσθμῶν ἑσθῶν*, in qui-
bus egregium iudicij tui specimen edidisti. Nam
ἰσθμῶν illa Dioscoridis neque in Italia, neque in

Germania nascitur. In Græcia, Illyrio, & Macedonia ea inuenitur, non in Italia. Vides ergo, quam bene Festum interpreteris, quem adeo Titium fuisse putas, vt virgultum pro herba vsurparit, vt fecit ille simius Solinus: & eam herbam ad Tiberim nasci, quæ in tota Italia hæctenus reperta non fuit: adeo vt Plinius de Hippuri, quæ *σπάλασις* dicitur, loquens, eam sibi ignotam esse non obscure indicet. Suetonius igitur, vt habent omnes veteres scripti (duos vidimus) plane scripsit: *Nauali prælio, in minore Codeta defosso lacu, biremes, ac triremes, quadriremesque Tyriæ & Ægyptiæ classes magno pugnantium numero conflixerunt.* Vapula ergo pro ista pertinacia tua.

Locus Varronis a Titio peruertitur.

DE loco Varronis frustra æstuas. Nam in eo ne tantillum quidem vidisti. Cap. XV. 14. Qui autem totius loci integram emendationem desiderat, adeat notas Iosephi Scaligeri in Varronem. Ex quarum Notarum comparatione cum hac tua diatriba videbit eruditus lector quid intersit inter mentem Varronis & Titij.

Titij διορισία.

Nisi molestum est, expone nobis, quid nos intelligere iubes per hanc correctionem tuam: Ibid. 15. Et *nauiæ sunt excavatæ anatum stabula.* Scio *Nauias* esse, quas Græci *σκάφας* vocant, nempe ligna excavata, quæ aliter lintres dicuntur. Tu calathos interpretaris. Ego non video, quomodo calathi, quæ erant opera vimine contexta, ex ligno excavato

fiant. Scio & calathos inter pocula esse. *Vina nouum fundam calathis Ariusia nectar.* Sed de ijs non intelligis. Sed esto nauia, quicquid Titio *φρειπιδων* placet: ego tamen non intelligo quomodo constare possit constructio illa verborum Varronis. Sed næ ego te nugacior sum, qui tantum distulerim te nugacem appellare.

Μεταπλάσιος Titianus.

- Cap. XVI. 16. **Q**VI de Sirenis ita, vt Cicero memoriae prodidit, existimauerunt. Meraplasmus hunc Sirenis pro Sirenibus non agnosco.

Inaudita & inusitata calumnia in Scaligerum.

Incredibilis διοργισία Titij. ασυλλογισία.

- Cap. XVII. 17. **H**OC est, quod toties diximus: tibi dolere, quod tuorum popularium commenta veterum librorum auctoritate conuelli vides. Hactenus nihil Scaligero obijcere potuisti præter vetustatis amorem, & veterum librorum atque monumentorum memoriam, quo solo præsidio aduersus audaciam correctorum vti solet. Tua verba: Non putat Scaliger arundineta muniendis hortis, aut sæpibus obtendendis vsu præstare consuenisse. Quid Corrector? Adeon' quenquam tam bardum esse, nedum Scaligerum ipsum, qui hoc putet? Arundineta non sunt vicem sæpium, sed arundines. Aut ineruditus, aut seditiosus es, Tiri. Ineruditus, si arundinetum vicem sæpium seri putas. Seditiosus, qui semper contra torrentem niteris. Argumentum Titianum: Est arundo *φραγμῆς*. Ergo arundineta sunt vicem *φραγμῶν*. Concludam in eadem figura

Titiana: Pedamenta fiunt ex quercu. Ergo querceta sunt vicem pedamentorum. An adeo stolidus es, vt non agnoscas ἀπορήματος ἀποτίαν? Ἀπόρημα est in illis: Aut calamo rediuiua leui munibat arundo. Vbi nam sunt arundines rediuiuæ, nisi in ipso arundineto? Arundines rediuiuæ calamo leui sunt arundineta. Id ne tu quidem negabis. Arundinetum nullam vim sapiendi habet. Est enim peruium canibus, vulpibus, hominibus ipsis. Etiam de viminetis idem dicas. Sed arundo ex arundineto desumitur, vt ex ea sapiementa fiant, vt solet in Italia, in superiore Aquitania, Tectosagibus, Prouincia, & Hispania. Quis hoc ignorat? At tu tam præceps in reprehendendo fuisti, vt ne ipsa quidem verba Scaligeri perpenderes. Tu dicis esse quosdam καλάμοις φραγμίτας. Vbi hoc negat Scaliger? Apage indoctissime, ineptissime, inciuilissime Corrector. Ergo adeo imperitus es, vt arundinem ab arundineto non distinguas? Quid fieret si de pedamento excitata fuisset mentio? An pedamentum idem cum querceto esse diceres? Satis iam satis spectata nobis est αἰαλοθησία & ὑωδία tua.

Imperitia Hellenismi. ἡγορισία.

Mutilū locū Xyphilini adducis. Nam ita concipitur in ipso exēplari: οἱκοι ἃ ὁ Τύρβων ἔποτε ἡμέρας ἕδ' ἐ νοσούσας ὡφθη. Tu putas aliquid deesse, vt nimirum in hunc sensum scripserit Græcus auctor. Turbo autem nunquam interdiu sedere ne ægrotus quidem domi visus est. Deesse enim putas κατακλίνεσθαι. Videamus ergo, an hic pannus affutus huic purpureæ conueniat. οἱκοι ἃ ὁ Τύρβων ἔποτε ἡμέρας κατακλίνεσθαι

Cap. XVIII.

18.

ἔδὲ νοσήσας ὤφθη. Latine: Turbo autem domi nunquam visus est decumbere ne morbo functus quidem. Quid opus est νοσήσαντι κατακλίεσθαι, cum id νοσῶντι opus sit facere? etiam κατακλιόμενος non κατακλίεσθαι dicendum erat. Aliter βαρβαρισμὸς est. Græcum erit. Τὸ ὕβρων ἔποτε κατακλιόμενος ἔδὲ νοσῶν ὤφθη. Turbo ne in morbo quidem decumbere vnquam conspectus est. Sed non ea parte ægrotat locus ille, nisi fallor. quanquam qua parte ægtotet, nescio. Itaque ἐπίχω.

Titius τοὺς γαμηκότας νυπτος vocat.

Cap. XIX. **A**Page apage viros nuptos. Hic in Gallia viri non nubunt, sed fœminæ.

19.

Titij ὀζοισία.

Cap. XX. **A**Vdiat hæc genitor, qui fœdera fulmine sancit. Ego istam disputationem in vtranque partem agitari posse puto. Tam verisimilis Turnebi sententia, quam Seruiana: imo, si quid iudico, vetior Turnebiana, & doctior. Sed quorsum verba Senecæ? Vbi nam illa de fœdere, iureiurando, periurio mentionem faciunt? Ne puer quidem tam ridicula produceret. Neque Horatij locus ad rem magis, quam Græca. Quare sæpe subijt mirari, quid hominis esses tu, qui tempus rem caram tam futilibus nugis conterere soles: neque vnquam inuidiæ tuæ & odij rela distringis, nisi cum aliquid ingeniose aut erudite & non vulgari via excogitatum a doctis viris vides. Quod cum animaduertis, ilicet tunc canis peregrinos allatras.

Titij

Titij plagium.

BRodæus ista olim, atque eodem modo. neque Cap. XXI.
 Valiter Aufonium interpretatur. Magnus pla- 21.
 giarius es, et si dissimulas sedulo.

*Titij inscitia, solennis error in vulgatis
 - erroribus tuendis. διορισία.*

Ninguntque rosarum Floribus - Est Marulli corre- Cap. XXII.
 ctio, qui totum Lucretiū contaminarat. Verus 22.
 scriptura - pinguntque rosarum Floribus - Anacreon-
 tis testimonium ad columbam; πῆξ πὲ ψκαλξς ni-
 hil ad rem. Adducere enim debebas locum, ubi
 ψκαλξς esset μεταφορικῶς vsurpatum. At columbam
 perfusam liquore, rotare spargentem liquorem il-
 lum, quo perfusa est, citra vllam metaphoram di-
 citur: & quidem id nihil ad metaphoram Ninge-
 re floribus. Neque satis caste, νισάδες γρόνος, gru-
 mos niuis. Nix nunquam grumarim, sed floccat-
 tim cadit.

*Titij calānnia. Plautina sententia a Titio
 peruertitur. Titij διορισία. Plautus expli-
 catur. Non est prouerbium.*

PAulo ante dicebas alios nescio quos immodico Cap. XXIII.
 desiderio rerum nouarum flagrare. In quem 23.
 magis illud competit, quam in te? Quid aliud egi-
 sti tota hac lectionum controuersarum farragine?
 Plautinum prouerbium est: *Albo rete aliena bona
 oppugnare.* Adhuius explicationem verba Plutar-
 chi adducis, in quibus mētio fit retis colore perfusi.

Quid potuisti magis contrarium sententiæ tuæ, magisque dissentaneum adducere? An pictum & album idem? Plautus dicit, *Albo rete aliena bona oppugnare*. Tu dicis picto rete homines antiquitus piscari solitos, quod quidem Plutarchus scribit fieri solitum, tum ut firmiores essent nodi retium, tum etiam ne candor lini propter similitudinem coloris maris oculos piscantium fallerét. Fallor? an te ludit amabilis Infania? At alterum eiusdem scriptoris testimonium vincit superius & leuitate & ἀειδησία. Hic enim non de rete, sed de linea piscatorum agitur. Sed albo rete dixit Plautus, ut idem dicit homines creta sese occultare. & Ennius Medeam gypsatis manibus. Quæ omnia translatio dicta sunt de ijs, qui dolos suos prætextu exornant, & illis aliquam bonam causam prætendunt, puta leges, & iura, aut simile, quas fraudes *δυσχεροσύναις* & *δυσχεροσύναις* Græci vocant. Sed in metaphora longe falsus es, dum eam putas esse a piscatione. Nam si ita est, quomodo Plautus dixit, oppugnare, non captare, aut piscari? An retibus pisces oppugnare Latinum putas? Agnosce puto culpam. Nam nullum est *χῆμα*, nulla translatio in verbo oppugnare. Sed allegoria est in voce Reti. Nam leges Retia vocat. Illis enim homines illaqueantur, ut ferae pedicis, aut cassibus. Albas, ut dixi, *δυσχεροσύναις* intelligit. Hæc est vera Plautinæ allegoriæ interpretatio. Nam prouerbiū, ut verum fatear, non puto. Scis quam prouerbiorum largus & liberalis sit paræmiographus iste, quem subinde nominare tibi religio est. Est potius λόγος ἐχθρομαπισθός, quam prouerbiū, Albo rete, gypsatis manibus, cretatis vestimentis.

Titij tirocinium in re vulgata. Dubitatum super loco Ciceronis. Locus Martialis restitutus.

Catlafter. Ilias errorum Titianorum.

AVTEM notissimam docere non debebas, nempe vitreos calices ex Ægypto deferri: aut nobiliora exempla, quæ sane per plurima sunt, adferre, ut publicam materiam privati iuris faceres. Interea doce nos, quid sit apud Ciceronem Merces delatæ chartis, linteis, & vitro? Nam locutionem ego non capio. Ambolicas species quas voces, nescio. Embolicas volebas dicere sutor ultra crepidam. *Cum tibi Niliacus portet crystallæ catastus.* Popularium tuorum commentum est (Mēfulæ, si bene memini) catastus, vox nihili. Nam Vitruvius, ex quo hanc vocem Corrector hausit, non Catastus dicitur, sed Catlafter, & in accusativo Catlaistros. *συκοπιπῶς* dictum pro Catulafter. Ita vocabant pueros comatos, Ægyptiæ vernilitatis, & leporis. Sed Martialis cataplus scripsit: ut Ausonius *- toto tibi nauigat orbe cataplus.* Sed tu catastus æque amplecteris ac trepidas Cercolipas, & salicipium, & lacum in morem cochleæ defossum, & similia vestratium Grammaticorum somnia, quæ soles pro veris lectionibus interpretari, & defendere. In verbis Arriani, *καθηλιας ὕλης*, interpretès, quem sequeris, vertit: omnis generis vasa vitrea. Si vel minimam aceti Italici haberes, poteras diuinare *καθηλιας ὕλης* eum legisse: non ὕλης, ut corrupte editum est.

Cap. XXV.

24.

HÆc sunt, Robette Titi, quæ pauca de multis
 tuis saltuatim carpere potui. Nam omnia per-
 sequi, neque otij mei, neque patientiæ fuit. Et sane
 non negarim eas paucas horas melius collocari po-
 tuisse. Sed temeritatis tuæ exemplo trahentis per-
 niciem maior habita ratio est, quam temporis,
 quod quidam de veteribus sapientibus *χρημα λιμαλ-
 ού στου* vocare solebat. Quæ inter legendum vide-
 bantur animaduersionis indigere, ea properanter
 nos huic commentario libello commendauimus.
 Nam non dubito multa diligentiam nostram, vel
 potius properantiam effugisse. Sed inemerit le-
 ctor nos omnia persequi in animo non habuisse.
 Maius enim castigationum volumen futurum e-
 rat, quam hoc ipsum, quod castigandum suscepi-
 mus. Sed fortasse extabunt spicilegi, qui huius
 messis reliquias persequantur, si modo libros tuos
 tanti faciant. Sin autem, interea hæc, quæ nos de-
 libauimus, satis esse videntur castigandæ leuitatis
 tuæ, quæ in homine Italo tanto conspectior est,
 quanto Itali Gallis vos grauiores esse profitemini.
 Ingenuitatem Gallicam in nobis expertus es, qui
 nulla circuitione, sed nudis verbis imperitiam
 tuam exagitauius. quanquam nolo te ignorare
 nos incitiæ tuæ bellum non indixisse, sed audaciæ,
 & temeritati. Nam nemo est mortalium, quem
 non aliqua pars ignorantia attingat. hanc contra-
 gionem ex ipsa mortalitate contraximus. Nam
 homo, cum errat, humanitus errat. Errorem autem
 in homine calumniari, est toti ipsi mortalitati con-
 uicium facere. Quæ quidem si tu considerasses, aut
 nunquam humana errata petulanter insectatus

Bonafus animal	1, 4	Inhibere imperium	1, 17
		Initare rationem	5, 24
Cade, oxycedrus	10, 1	Interamna Plestina	10, 11
Capella Centurio	7, 3	Interamnates Nartes	10, 11
Campestre	2, 18	Iuniperus	10, 1
Carbatina	9, 16		
Catlafter	10, 24	Lasfer	8, 15
Cedrinum oleum	10, 1	Literculi	9, 18
Chlamys	2, 24	Lentus debitor	1, 22
Cinctus	2, 18	Lucunteres	9, 18
Cinctusi Cethegi	2, 18	Lineus thorax	2, 25
Controversia, quid	1, 2		
Crucium vinum	6, 9	Megalion	4, 28
Culpa magistra	6, 15	Miscere	10, 16
Cumini radix	2, 17		
		Ocnus Prohertij	2, 14
Dactyliotheca	3, 18	Oleum cedrinum	10, 1
Dactyliotheca ibid.		Ornus	2, 15
Dare ludum	5, 3	Oxycedrus	10, 1
Digitabulum	3, 28		
Duos parietes dealbare	10, 6	Padusa	10, 5
		Palilia	1, 10
Embolica species	10, 24	Paligium	4, 11
Endymion caluus	3, 13	Perch Turcarum	5, 18
Equi defecti	7, 20	Pile gladiatorum	5, 11
Equisetum herba	10, 13	Picare vasa	6, 8
Erasmi solennis error	6, 14	Phaua	4, 32
		Plestinus lacus	10, 10
Fabia gens, unde	2, 5	Plinij error	1, 4, 10, 9
Fauissa	2, 25	Pugnare ex superiore loco	6, 11
Fouij	2, 5	Prepilata sudas	5, 11
Fulicam male ἐρωδιόν vertit			
M. Tullius	9, 19	Ramnes	4, 19
Fungi, Lucretio	2, 2	Ranunculus in pede equi	3, 3
		Rauille, qui	1, 6
Galee, Liburnica	7, 7	Reggere Etruscum	9, 11
Gausapine lacerne	2, 25	Ruina quid Apuleio	9, 20
Gossypium	2, 24		
		Salapatium	4, 34
Incrustare vas	6, 8	Sirpe	8, 15

<i>Silphium</i>	8,15	<i>peritia</i> Gracismi, barbarismi,	
<i>Saltus</i>	7,2	<i>solacismi</i> . Per totum.	
<i>Signinum</i>	9,23	<i>Torus</i>	2,25
<i>Spire capilli</i>	4,7	<i>Tutela naui</i>	7,7
<i>Stratos vrbs</i>	2,10	<i>Tutulus</i>	4,12
<i>Subligaculum</i>	2,18	<i>Thyrus herbarum</i>	2,27
<i>Sulla, unde dicti</i>	1,6		
<i>Suboles capilli</i>	4,7	<i>Vasca</i>	8,10
		<i>Vasca habere in capite, prouer-</i>	
<i>Tanarus fluuius</i>	3,2	<i>bium Hispanicum</i>	8,10
<i>Tantali pama</i>	7,15	<i>Vellere capillos</i>	1,19
<i>Terminalia</i>	1,10	<i>Vini congelati exempla</i>	6,6
<i>Thesei poema</i>	1,11	<i>Virgaltum</i>	8,13
<i>Truncus, ei, ego, ista, stupor, im-</i>		<i>Vtopia non est Gracum</i>	10,10



Errata & omiffa.

Pag. 23. lin. 15. *σκυπίνη* ib. 21, mulierem capillo conscind.
 24. 20, videtur. 37, 9, condidit. Sane ib. 13. *βομβαρδίων* ib. 21,
 qui leuitatis 39. 1, tarchum, vocatus fit: eo 40. 13. *ἔπειθε*
 44. 25 *ἦν ἰσπίων* 46. 9, *παρδάλεων*. 48. 25 apud *Liuium*.
 49. vlt. quæ nos tor. 54. 11, nos rid. 55. 5, *πρωροί* tortorem
 vert. 56. 7, duorum anim. 57. 6, tamen non 62. 32, habes
 apud Silium. Quod facit ne dubitem ab Aufonio non de En-
 dymione hic intelligi, sed de Fauno, qui & caluus *ἔσλαπνός*
 ab omnibus veteribus Græcis dicitur, & in fabulis est eum a
 Luna deamatum. Virgil.

Munere si niueo lana, si credere dignum est,

Pan deus Arcadiæ captam te, Luna, fefellit

In nemora alta vocans, nec tu aspernata vocantem.

Ea est, nisi fallor, vera Aufoniani versus interpretatio.
 74. 24, *Vbi eum enertit, caput præcedit*, 75. 14, habuit. 76. 3,
tentatus. Spire & soboles, &c. 102. 13, eburnea, & pluri-
 mum alutacea, mucrones 109. 30, *Quia illa no.* 136. 10,
Στοι, οὐς φοίνικας ἐνίς. 138. 16, *Cento vele.* 139. 6, quam mani-
 bus ambul. 146. 26, tuum Exug. 164. 17, Naturam enudasse
 ib. 28, enudant, si 171. 17, *ἀκραιώες ἔκαστος* 174. 26, *Fulvis*
 itidem 187. 18, *Plestina Piceni.* ib. 26, lacum exh.









